CONTRA USUM DUELLI. ANTONIUS MASSA GALLESIUS, ...

Antonio Massa, Christoph Besold, Giorgio Enrico Levi

Digitized by Google

Digitized by Google

DUELLO
BIBLIOTECA GIORGIO ENRICO
B 9
L
2
LEVI

GIORGIO ENRICO

Oswald Weigel
Antiquarium & Auctions-Institut
Leipzig, Königsstr. 1.


ARMI E DVELLI
EX LIBRIS
DI

ANTONIUS MASSA GALLESIUS, CIVIS ROmanus,

CONTRA USUM DVELLI.

Nunc primum in Germania editus;

CVRANTE CHRISTOPHORO BESOLDO.

TUBINGÆ,

Excudit Eberhardus Vvildius,

ANNO M.DC.XX.

Nob[illegible] & Ampliſſimo Viro

Dn. LAURENTIO FREYTAGK, CUprimontano Sileſio, U.J.D. Conſultiſſimo, Amico ſuo certiſſimo, S.P.D.

CHRISTOPHORUS BESOLDUS.

VETUS EST VERBUM: Totus Mundus hiſtrionicam agit. Id ſi transferas ad Religionem, nil aquè verißimum erit. Perſonâ nunc, & profeſſione ſumus Chriſtiani, non opere & interno cultu: ad quæ tamen ſolùm reſpicit Deus. Piget hoc exemplis pluribus edocere, cùm id ocello ſpirituali, quocunq; ſe vertat, obvium ſiet. Charitatem, humilitatemq; Chriſtianam, unà ſubruit DUELLI VULGARIS [illegible]: & hunc nihilominùs olim, non ſcriptis ſolummodo aſſeruêre quidam; ſed & ferocitatem eandem, ipſa quoq; Muſarum clauſtra, haut rarenter hodiè videas perturbare. Scripſit ante annos ſexaginta, & quod excurrit, libros aliquot civilium obſervationum, ANTONIUS MASSA: ob ingenii acumen, & elegantiorem literaturam, præclarißimus Jureconſultus. Ac poſtquàm de officio militum, tradiderat ea, quæ exercitum ſimul univerſum, & quæ ad ſingulos (cùm erga Ducem & commilitones, amicosq; & hoſpites, tùm in hoſtes ipſos) ſpectare exiſtimârat; pariter de certamine ſingulari (quod inſtituitur cum hoſte) ut quædam diceret, conveniens eſſe reputavit. Hacq; ſibi commodè oblatâ occaſione, præſens hoc (contra Duellum non militare, & cum cive ſuſceptū) interpoſuit caput: ac illud ſigillatim Anno 1554. apud Valerium Doricū, ROMAE prælo vulgavit. Nunquàm lucem adſpexerunt, illi obſervationum libri, ac quoq; paucißimis innotuit hocce ſcriptum: & ideò, ob argumentum, ſimiliter & tractationem quia mihi arriſit valdè, nolui diutiùs latere. Sed libuit porrò, Clarißs. V. id facere ſub tutelâ nominis tui, ut meum ergà te teſtarer adfectum, & amicitiæ perenne ponerem monumentum. Sicq; vale [illegible] in Chriſto. P. Tubingæ. 1. Novemb. M.DC.XI[illegible].

ILLUSTRISSIMO DN. BALDVINO MONTIO,

ANTONIUS MASSA S.D.

SÆpè mecum, Vir Illuſtriſſime, cogitanti, quanta ſit eius immanitas Duelli, quod apud Italos noſtros jam diu ſpecie tuẽdi militaris honoris, in uſu habetur, nihil omninò viſum fuit, quod aut humanitati (quam ſcilicet virtutem præ cæteris nationibus nobis ipſi tribuimus) aut divinis & humanis legibus, quibus tantum ſcelus prohibitum eſt, magis adverſetur,

ac repugnet: ut nemini dubium eſſe debeat, quin iſti, qui Duellum ipſum exercent, quique eius patrocinium ſuſcipiunt, atque adeò ipſi Principes, qui in ſuorum hominum ſcelere, ac temeritate conniventes illud tolerant, & permittunt; judicandi ſint nec humanitatis rationem habere, nec de Chriſtianâ religione, ut pios homines deceret, ſentire: niſi fortaſſe quadam conſuetudinis, et inveterati, ut ſic dicam, abuſus excuſatione uti poſſe videantur. Qua quidem excuſatione, ut minori ſpe veniæ poſthac uti poßint, viſum eſt mihi faciendum; ut quibus olim rationibus Duelli feritatem manifeſtam

feſtam feciſſem, illiusq́; patro-
norum argumenta refutâſſem,
eas in noſtris Civilium obſer-
vationum libris, quos cotidiè
conteximus, notatas in unum
caput coniicerem, & à toto o-
pere, ac labore noſtro ſejūctas,
in libri modum ederem, ac per-
vulgarem. Tu verò potiſſimū
occurriſti, cui librū ipſum de-
ferrem, atq; inſcriberem: tùm
quòd me veterem clientem tu-
um, meaſq́; res omnes tua bene-
volentia, præſidioq́; tegere cō-
ſueviſti; tum etiam quòd apud
germanum, concordiſſimumq́;
fratrem tuum, virum ſanctiſ-
ſimū IULIUM III. Pont.
Maximū (ſi tanti rationes, ac
ſcripta noſtra tibi eſſe vide-

Digitized by Google

buntur) auctor eſſe poſsis, ut tantæ feritatis impia, & vitioſa conſuetudo tollatur. Nam, ut omittam ſummum dedecus, quod cùm Itali univerſi, tũ verò magis ipſi Principes admittunt; ut in eo ipſo libro mihi videor abundè oſtendere, & probare: poteſt, niſi me fallit opinio, omni aſſeveratione affirmari, ſi quis aſſerat, & contendat Chriſtianis hominibus licere ob privatam cauſam, ut vulgò nunc fieri ſolet, id ipſum Duellũ committere; eam opinionem contra ſacras leges eſſe, atq; adeò inter hæreticas opiniones connumerandam. Accipe igitur, Vir humaniſsime, librum, ſi minùs

ſtilo

ſtylo, diſpoſitione, ac cæteris ornamentis inſignem, quæ ſola veritate contenti, non admodùm ſpectavimus; argumento certè, ac toto genere dignum tuâ lenitate, tuâ clementiâ, dignum iſtâ tuâ naturâ ad beneficentiam, ad pacem, ad publicam denique ſalutem propensâ; & pro tuâ pietate, ac religione ſingulari, ad memoriamque nominis tui ſempiternam, in eam curam, cogitationemq́; incumbe, ut tam immani Duelli conſuetudine per te ſublatâ, tibi Reſpublica divino, immortaliq́; beneficio devinciatur. *Vale.*

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIUM, QUÆ AD IPSUM, DE quo agitur, Duellum ſpectantes, inprimis ſuo quæq; ordine ab auctore tractatæ ſunt.

1. *Deſcribuntur tria, tanquàm licita inter hoſtes ſingularis certaminis genera, ex quo multi magnam laudem, ac nomen fuerunt conſecuti.* pag. 1

2. *Provocatores ad ſingulare in exercituum conſpectu certamen, ferè ſemper aut ex barbaris militibus, aut militari diſciplina minùs inſtructis fuiſſe.* 2

3. *Provocatos ad eiuſmodi ſingulare certamen nunquàm prodire ſolitos fuiſſe, niſi à Duce petita venia: qua in re ſcriptorum aliquot imprudentia notatur.* 2

4. *Milites olim ex provocatione, vel data opera, ſingulari certamine in ipſo prælio dimicare ſolitos fuiſſe.* 3

5. *Quòd apud veteres, ex utroq; hoſtium exercitu milites pacto inito, ac publicæ utilitatis causâ, ad ineundum ſingulare certamen deligebantur.* 4

6. *Certaminis, quod Duellum appellant, hactenùs datæ definitiones duæ.* 6

7. *Duelli immanitatem deteſtabilem eſſe, & ferè iam magnâ ex parte ſublatam.* 7

8. Quàm

8. *Quàm erraverint exiſtimantes, Duellum antiquũ fuiſſe inventum, & eiuſmodi erroris cauſa.* 9
9. *Plura eſſe ſingularis certaminis genera, & quot ſint?* 11
10. *Singularia certamina, quæ inter hoſtes publicæ utilitatis cauſâ, vel ex provocatione, vel improviſo concurſu, vel ex pacto fiant, legitima eſſe.* 12
11. *Singularia certamina, publicæ delectationis cauſâ contingentia, quæ ſint, & hoc tempore eſſe prohibita.* 12
12. *Qui privatâ cauſâ, & roboris oſtentandi cauſâ ſingulari certamine pugnârint, quorum vanitas improbatur; quamq; hoc certamen à Duello differat.* 12
13. *Qui propter privatum odium inter ſe ſingulariter pugnaverint.* 14
14. *Pugnam Æneæ cum Turno, nihil commune habere cum Duello noſtrorum temporum.* 14
15. *Singulare certamen, quod in iudicio probandæ veritatis cauſá fiebat, quale fuerit, & quando introductum, quamq; à Duello differat?* 15
16. *Duellum quale ſit? & vim eius, nomen, atq; originem fuiſſe à ſcriptoribus hucuſq; parùm cognitam.* 16
17. *Quid Monomachiæ nomine veteres intellexerint?* 16.
18. *Duellum tanquàm à veteribus omninò nec permiſſum, nec cognitum, nomine etiam veteri carere.* 16
19. *Duelli definitio à Iuriſconſultis tradita, cur vitioſa ſit?* 17
20. *Duelli definitio, ab auctore libri De honore poſita,*

ta,

Digitized by Google

ta, quæ multis erroribus abundet. 17
21. Duellum dici non debere voluntarium certamen. 18
22. Modeſtum, & ſobrium hominem nunquàm, niſi invitum, & coactè ad ſingulare certamen, prodire, præclara veteris viri ſententia. 18
23. Qui ſponte, ac non neceſſariâ cauſâ, præcipites ad pugnam ſingularem feruntur, quàm fatui, & parum ſobrij ſint, ac ſemper habiti fuerint. 18
24. Provocatores ad ſingulare certamen, ut temerè certantes ſæpius victos fuiſſe. 20
25. Duellum ita exiſtere poſſe inter plures, ut inter duos. 20
26. Quòd liceat, & deceat, ſemperquè licuerit, iuſto ſuſcepto bello, inſidiis, & aſtu uti, atque in Duello hoſtem, ingenio, & aſtutiis potiùs, quàm viribus corporis ſuperare; quamquè abſurda ſentire neceſſe ſit, contrarium ſentientes. 21
27. Quàm difficile ſit binos invenire pugnatores, qui omni ex parte viribus, & conditione corporis pares ſint. 25
28. Duellum, nihil eſſe cur in plures etiam dies prorogari non poßit. 26
29. Conſuetudinis principium, & auctor cur plerunque ignorentur. 27
30. Duelli, & eiuſmodi pravæ conſuetudinis origo, & cauſa, quæ, & quandò fuerit, ex Auctoris ſententiâ. 27
31. Duello pugnantes ut interdùm opes, ita nunquàm fortitudinis laudem fuiſſe conſecutos, & quam ob rem. 28

Duelli

Digitized by Google

32. *Duelli deſinitio ab auctore tradita.* 29
33. *Ad quem ſpectet Duelli tractatio.* 29
34. *Tractationem de iniuriis non totam eſſe moralis Philoſophi, & quam ob cauſam.* 31
35. *Cur Duelli conſuetudo ſub incertis regulis vagetur adhuc, ſemperquè variabitur.* 33
36. *In Duelli cauſis cur variæ pugnantesquè ſint ſemper conſultorum ſententiæ.* 33
37. *Quòd Duellum non ſit inſtrumentum, ſive medium aptum ad recuperandum, conſervandumquè honorem.* 35
38. *Duellum neque virtutem, neque virtutis opus eſſe, ſed virtuti maximè oppoſitum, diviniſquè, & humanis legibus prohibitum.* 36
39. *Quòd Duellum licet conſuetudine uſurpatum, non propterea poſſit cenſeri, aut eſſe licitum.* 37
40. *Duellum barbaros etiam Reges, & Imperatores deteſtatos fuiſſe.* 38
41. *Vt Duello certare liceat, certatores honeſtos viros, & virtute præditos eſſe oportere.* 39
42. *Quo pacto Duelli materia dicatur eſſe iniuria, & finis honor.* 39
43. *Per Duellum nullo modo declarari, victorem habuiſſe iuſtiorem cauſam, vel improbum hominem non eſſe, & quamobrem.* 41
44. *In Duello multos iuſtam cauſam habentes, victos fuiſſe.* 43
45. *Quibus hominibus iniuriam paſſis, ſoleat Deus opitulari.* 44
46. *Qui Duello pugnant, nec bonos viros, nec iuſtos appellari poſſe.* 44

47. Quibus

Digitized by Google

47. *Quibus rationibus Duelli comprobatores docere conentur Duelli neceſſitatem, & utilitatem?* 45
48. *Quibus argumentis quidam rem eſſe etiam honeſtam contendat?* 47
49. *Reſponſio ad rationes, & argumenta Duellum comprobantia: ubi oſtenditur duellum neque honeſtum eſſe, nec utile, nec neceſſarium.* 48
50. *Origo, & ratio Equeſtris militiæ, & Equeſtris honoris quæ fuerit?* 49
51. *Duellum nec apud Heroas veteres, nec apud Heraldos Germanorum unquàm in uſu fuiſſe.* 50
52. *Equeſtrem militiam, & Cavalleriam ſignificare militiam rudem, & imperfectam, ordinis expertem, ac diſciplinæ, ex Ariſtotele.* 51
53. *Quo tempore Equeſtris militia, quam Cavalleriam appellant, initium habuerit? ubi de militibus ſancti Georgij.* 52
54. *Apud quos facilè receptus ſit duelli uſus.* 55
55. *Multiplex ratio inferendæ iniuriæ.* 57
56. *Neque occultas, & clandeſtinas iniurias, neque eas, quæ abſentibus inferuntur, minuere honorem iniuriam paſſi, & quâ ratione?* 57
57. *An in aliquibus iniuriarũ cauſis, locus eſſe poſſit duello?* 58
58. *Quo pacto iniuriæ, quæ honorem non lædunt, ſint ferendæ, vel vindicandæ? ibi æquitatis animi, ac patientiæ exempla, ac præclara veterum dicta referuntur.* 60
59. *Quàm multi, quamquè præſtantes viri, illatas ſibi iniurias condonârint.* 60
60. *Leges naturæ, hominum indulgentes iniuria-*
rum

Digitized by Google

rum vindicationem certo modo permittere, atq; adeo honori iniuriam paſſi conſulere. 62
61. *Cum iure naturæ, & civili, ſacriſquè legibus vis vi repelli poſſit, quot requirantur ad iuſtam defenſionis moderationem?* 62
62. *Leges honoris etiam privatorum, non modò vitæ curam habere.* 65
63. *Quantum defenſioni hominis telo appetiti, aut iniuriam patientis, leges faueant.* 65
64. *Non quacunque contumeliarum tolerantiâ honorem lædi.* 67
65. *Iniuriarum vindicationem per magiſtratus, & leges honeſtè, & honorificè obtineri poſſe.* 69
66. *Multa eorum, qui iniurias patiuntur, genera relata.* 71
67. *Viri fortis, magniq; animi proprium eſſe, iniurias condonare, & iuſti ſaltem civis illas iudicio perſequi.* 73
68. *Vnde opinio tàm inveterata noſtratium militum emanârit, ut vel iniurias condonare, vel eas aliter, quàm propriis manibus vindicare, turpe ſibi eſſe exiſtiment.* 75
69. *Cur multi illuſtres viri, atque etiam vulgo probati, in Duellum deſcenderint.* 78
70 *Quam obrem Duellum permittendum non ſit, ne in iis quidem caſibus, ubi veritas aliter probari non poteſt?* 79
71. *Duellum nō concedi, etiam illud comprobantium iudicio, ubi factum alio modo probari poſſit.* 79
72. *Quâ ratione viri fortes veram gloriam, & fortitudinis opinionem, quam ſequantur, aſſequi poſſint?*

Digitized by Google

poſſint. 80
73. Ignavi, ac timidi hominis indicium eſſe, Duellum quærere. 85
74. Quibus laudi detur iniuriarum condonatio, & quibus meritò non detur. 87
75. Quod læſus non remaneat illius honor, qui Principis & magiſtratus opem imploravit, etſi non fuerit ab ipſo Principe exauditus. 87
76. Quâ ratione Princeps iniurias à civibus ſuis, vel ab externis illatas, vindicare debeat. 88
77. Quid iniuriam paſſo faciendum ſit, qui à Principe, & magiſtratu adito, iniuriæ vindicationem non referat. 90
78. Tyrannorum occiſionem potiùs, quàm Duelli uſum, eſſe tolerandam, & quam ob rem. 91
79. Exempla eorum, qui in tyrannos eorum iniurias vindicare negligentes, iram verterunt. 92
80. Quid faciendum ſit, ubi Princeps, ob virium imbecillitatem, iniuriam paſſo ius facere nō poſſit? 93
81. Iniuriæ ulciſcendæ rationem via duelli, ſæpè etiam deficere, cùm ab iis iniuria infertur, quos provocare non licet. 94
82. Argumentorum quæ à Duelli comprobatoribus afferuntur, brevis confutatio. 95
83. Quàm male duellum cum civili iudicio comparari ſoleat, cum quo nullam ſimilitudinem habeat. 98
84. Quòd neque Duellum Longobardorum, ſimile iudicio fuerit, & quam ob rem. 100
85. Nullam partem definitionis iudicii convenire Duello. 101
86. Quòd

86. *Quòd ne ſupremis quidem Principibus, Imperatori, & Pontifici, liceat ſine peccato Duellum admittere, vel concedere.* 102
87. *Qua ratione à ſapientibus probetur, duellum iure divino eſſe prohibitum.* 103
88. *In uſu duelli, nullum planè ordinem iuris ſervari ſolere.* 104
89. *Quàm abſurdus ſit etiam probandi modus, qui in duello fit.* 106
90. *Quàm parùm conveniat, electionem armorum ad provocatum pertinere, & quodnam fuerit ita pravæ conſuetudinis initium, & origo.* 106
91. *Quibus argumentis Duelli ſectatores affirment, dandam eſſe reo armorum electionem, & eorum argumentorum diſſolutio, ac confutatio.* 109
92. *Exempla veterum, quibus oſtenditur, in ſingulari certamine, milites planè diverſis, & ſuis quenq; armis pugnare ſolitos.* 111

ANTO-

Digitized by Google

ANTONIUS MASSA GALLESIUS, CONTRA USUM DUELLI.

1 ANimus est dicere de certamine ſingulari; quod ſæpius ex provocatione fieri contingit, unde victoribus magna laus acquiri ſolet. Nam ex ea re L. Sicinius Detatus, qui octies ex prouocatione utroque exercitu inſpectante uictor fuit; inſignis euaſit. Et T. Manlius occiſo prouocatore, ex eius ſpolio Torquati nomen inuenit. Darius quoq; Arſani filius, propter huiuſmodi facinus Regiæ dignitati ſuſtinendæ idoneus eſſe exiſtimatus eſt. Nam cum Artaxerxes Perſarum Rex, qui & Ochus appellatus eſt, cum Caduſijs bellum ſuſcepiſſet; quodam ex hoſtium numero, cuius robur, & animi conſtantia in ore omnium erat, prouocante ad certamen ſingulare Per-

Val. Max. lib. 3. c. 2. Plin. l. 7. c. 28. Dion. lib. 10. Liui. lib. 7. Diod. lib. 17.

ſarum aliquem, cum nemo progredi auderet, ſolus Darius periculo ſe obtulit, aduerſariumq; victum interfecit: quâ ex re munera ingentia à Rege, & à Perſis omnibus eam exiſtimationem retulit; ut ei ad regnum adipiſcendum fortitudinis quædam prærogativa tribueretur.

¶ Super eiuſmodi pugna hæc ferè obſeruaui, 2
prouocatores ut plurimum fuiſſe ex barbaris, aut ex illius partis exercitu, in qua minùs vigeret militaris diſciplina: &, ſiue generalis & incerta eſſet provocatio, ſiue ſingularis, et certi hominis (quemadmodum Iubellius Taurea, & Badius Campani equites, ille Claudium Aſellum, hic T. Quintium Criſpinum Romanos equites nominatim prouocauerunt) pro-
Liu. lib. 23. et 25.
uocatos nunquam in certamen prodijſſe, niſi 3
priùs Ducem percunctarentur, liceret ne extra ordinem in prouocantem hoſtem pugnare? Qua in re uideo peccauiſſe Procopium, qui ſcripſit à Doca è Gothorum exercitu equite, ad ſingulare certamen prouocatum eſſe è Romanorum exercitu, qui ſecum vellet armis confligere, atque illi è Narſetis haſtatis militibus quendam ſtatim occurriſſe, et ipſum equo vectum, nulla Narſetis ducis, neque veniæ ab eo impetratæ mentione facta: Ac etiam alium inſignem noſtri temporis hiſtoriarum ſcriptorem, qui ad ſimilem prouocationem in ſingulare certamen, ſtatim et inconſulto duce

De bello Goth. lib. 3.

ex

ex altero exercitu virum clarum cucurriſſe deſcribit. Non inficior potuiſſe rem ita contingere ob militarem diſciplinam in illis exercitibus neglectam, ſed quia hoc incertum eſt, ſcriptores ipſi cum rem tacitam prætererierint; quod eſſet eorum militum officium videntur ignoraviſſe. Quam notam ut vitaret Valerius Max. loquens de Q. Cotio equite Romano, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus eſt, & Q. Metello Cos. legatus in Hiſpaniam profectus erat, ita inquit: Poſtquam cognovit á quodam gentis huius iuvene ſe ad dimicandum provocari, (erat autem illi forté prandendi gratia poſita menſa) relicta ea, arma ſua extra vallum deferri, equumque duci clàm iuſſit, ne à Metello impediretur: & illum Celtiberum inſolentiſſimè obequitantem cōſectatus interemit, detractasque corpori eius exuvias, ouans lætitia in caſtra retulit. Solent etiā Duces ipſi aliquando vel ex provocatione, vel caſu, ira, odioque mutuo impulſi, aut etiam data opera ſine provocatiōe congredi. Pyrrhus rex cum Panthaco Demetrij Macedonum regis duce, qui provocauerat, congreſſus eſt, & duobus illum vulneribus affecit. Satibarzanes quoq; Ariorum dux, provocator ab Erigio Alexandri duce victus, & occiſus eſt. Quo pacto ipſe etiam Alexander cum Poro Indorum rege dicitur concurriſſe. Huius

Lib. 3. c. 2.

Plut. in vita Pyrrh.

Diod. lib. 17.

Iuſt. lib. 12.

Iliad. 7.

generis eſt Aiacis cum Hectore apud Home-
Diod. lib. 17. rum certamen. Sine provocatione autem, ſed
data opera, cum Spithobrates Darij gener
Præfectus Ioniæ, vir egregiæ fortitudinis, cum
magna equitum manu ingentem ederet Ma-
Liv. lib. 20. cedonum ſtragem; Alexander converſo equo
et Plut. in cum illo ſingulari certamine congreſſus eſt.
vita Mar. Quo pacto etiã Iunius Brutus Romanus Cos.
Liv. lib. 1. cum Tarquinij Regis filio Arunte, & M. Mar-
Val. lib. 3. cellus cum Viridomaro Gallorum duce, & an-
Xenoph. de tea Romulus cum Acrone Ceninenſium Re-
expe. Cyri ge ſunt congreſſi: & Cyrus minor fratrem
lib. 1. Regem, contra quem bellum gerebat, in acie
conſpicatus ſuo cinctum globo, continere ſe
non valens; video, inquit, hominem, ſtatim
que in eum invadit, & infeſta haſta per lori-
Liv. lib. 9. cam pectus verberat. Similis concurſus fac-
tus eſt inter Q. Aemilium magiſtrum equi-
tum Romanorum, & Samnitum Imperatoris
Appia. in fratrem. Siphax quoque in prælio conſpecto
Lybico. Maſaniſſa, ira concitus in eum fertur, cui læte
Maſaniſſa occurrit, diuq; ſingulari certamine
inter ſe dimicãt. Ad huiuſmodi certamen no-
Lib. 3. tandum extat Polybij præceptum: qui inquit,
In ſingulari certamine oportet locum, ubi ad
verſarium ferias, ſpeculari, & quæ pars cor-
poris nuda, quæ inermis ſit, diligenter anim-
advertere.

Eſt aliud quoque inter hoſtes ſingulari cer- 5
tamine congrediendi genus, cum utilitatis
publicæ

blicæ cauſa, ex pacto utrinque inito deliguntur qui pro õnibus pugnent; ita ut ab ea parte ſtet victoria, cuius pugil vicerit: quo pacto Romani, & Albani Horatios & Curiatios, qui bellum vnius pugnæ eventu terminoq; definirent, conſtituerunt. Et cum Heraclidæ poſt mortem Euriſthei conati ſunt in Peloponneſum redire; Hyllus orationem habuit, non expedire, ut uterque exercitus confligendo periclitetur, ſed ut alijs quieſcentibus ſecũ ſingulari certamine dimicaret is, quem Peloponnenſes iudicarent ſui exercitus præſtantiſſimum. Accepta conditione Peloponnenſes fædus in hæc verba percuſſerũt: Si vincet Hyllus Peloponnẽſium ducem, Heraclidæ in paterna revertantur, ſin victus fuerit, retro Heraclidæ cedant, & exercitum abducant, nec per annos centum de reditu in Peloponneſum agitent; electusq; eſt, qui pro Peloponnenſibus certaret, Tegeatum rex Echenus, qui ſingulari congreſſus certamine Hyllum interemit. Eiuſmodi videtur eſſe Menelai cum Paride certamen apud Homerum, nec non Aeneæ cum Turno apud Virgilium.

Liu. lib. *Diony. lib.* *Herod. lib. 9.* *Diod. lib. 5.* *Ilia. lib. 3.* *Aene. l. 12.*

Ex his occaſione data opportunus videtur eſſe locus, ut eo de genere ſingularis certaminis loquamur, quod noſtrates vulgari ſermõe Duellum nominant: tametſi ea non eſt actio militaris, neque hoſtilis, ſed quæ propterea in antecedenti parte urbanarum obſervatiõum

Digitized by Google

collocari potuiſſet. Quam rem tractaturus, ab
inſtituta ſcribendi ratiõe recedam neceſſe eſt:
quandoquidem in ſuperioribus ea mihi fuit
potiſſima cura, ut docerem, quæ ſingulis de re-
bus obſervavi: hic verò nihil aliud acturus ſum,
niſi diluam quæ ſunt ab alijs de duelli imanitate
tractata, doceamq; eam eſſe rem à rectâ ratio-
ne abhorrentem, & prorſus à benè conſtituta
civitate excludendam; & ab ijs, qui de duello
nuperrimè ſcripſerunt, nec re ipſa, nec nomi-
ne ſatis intellectam.

Sed ut evidentior ſit eorum, quæ dicentur,
demonſtratio: ante omnia ponendæ ſunt de-
finitiones, quas iſti tradiderunt. Vna eſt Iuriſ- 6
peritorum, qui ferè in hanc ſententiam con-
venientes: Duellum eſt, inquiunt, pugna ſin-
gularis ad probationem veritatis, ita ut qui vi-
cerit, probaviſſe intelligatur. Nuper autem
editus eſt liber Italico ſermone ſcriptus, cui ti-
tulus eſt De Honore, in quo ponit auctor hanc
definitionem. Il duello è uno abbattimento
volontario tra due huomini, per lo quale uno
di loro intende provare all'altro con l'armi,
per virtu propria, ſicuramente, ſenza eſſere
impediti, nello ſpatio di un giorno, che egli
è huomo honorato, & non degno di eſſer
ſprezzato, ne ingiuriato, é l'altro intende di
provar il contrario. Quaſi Latinè aliquis ita
diceret. Duellum eſt certamen voluntarium,
duos inter homines, quo alteri quidem inſti-

tutum

tum eſt armis, ſuaq; propria virtute, in loco
externa vi tuto, & impedimentis vacuo, in-
a vnius diei ſpatium alteri oſtendere ſe & ho-
eſtum virum eſſe, & dignum qui neque de-
iciatur, neque iniuriâ afficiatur: alteri verò
ropoſitum eſt contrarium palàm facere. Ha-
um definitionum errores præſertim poſteri-
oris, cuius multo plures ſunt, ex infra ſcriptis,
it arbitror, patebunt. Nunc autem poſitæ ſint,
it intelligatur quam rem ipſi duellum eſſe in-
telligant, itemq; ut declarare poſſimus, qui
circa illud ſint errores.

Non dubito multos eſſe deriſuros me, atq;
hunc meum laborem, qui rem adeo veteri cõ-
ſuetudine uſurpatam è mentibus hominum
evellere poſſe mihi perſuadeam. Ego vero
hoc primum admirabor, ſi Chriſti ſervatoris
noſtri præceptis, ac ſacrorum Theologorum
monitis, iuriſque civilis, & canonici ſancti-
onibus, quæ hanc immanitatem improbant,
omniumque antiquarũ, & præſentium bene
inſtitutarum gentium, apud quas nunquam
permiſſa fuit, exemplis poſthabitis, falſam
noſtratis vulgi opiniõem præferre maluerint.
Deindè cùm ſciam alios multos errores pro-
greſſu temporis, & ſapientum monitis fuiſſe
è populorum uſu excluſos: ſpero fore, ut cùm
intellexerint eam eſſe rem à Chriſtianâ religi-
one abhorrentem, à morali philoſophia, & à
benè inſtituta Rep. diſcrepantem, civili &

canonica lege damnatam, & honori, cuius ſolius cauſa tantæ immanitati prætenditur, detrahentem, non eum cõſervantem; ſpero, inquam, fore, ut præter fortaſſe paucos, qui ex eo negotio victum ſibi quærunt, cæteri hac relicta, veram tutandi honoris viam ingrediantur. Quo pacto immanitas illa, qua humanis olim hoſtijs ſacrificabant; & falſa opinio illa, quâ ſibi ipſis homines mortẽ cõſciſcere, ne in hoſtium poteſtatem venirent, glorioſum eſſe putabatur, per Chriſtianæ religionis inſinuationem veritate revelata, deteſtabiles, & efariæ omnibus apparverunt præſertim cum hæc ipſa, de qua loquimur, magna ex parte abolita ſit; nemo enim eſt qui Longobardorum, & Federici Imperatoris, aliorumque de indicendo per iudices ordinarios duello, leges ſequatur, nec iam uſquam permittitur ea privatim, & pro cuiuſque libidine, certo aliquo, & ad id conſtituto in civitatibus loco pugnãdi licentia, qualis olim Peruſiæ in campo Bataliæ, Neapoli in Carbonaria, & Papiæ ſimili quodam loco fuiſſe traditur. Poſtremò cum videam viros probos, & ſacros concionatores aſſidue in pravas conſuetudines invehi, maloſq; mores à Chriſtiana religione, vitaque civili diſſidentes, quantocunque temporis uſu inveteratos: ab inſtituto non deſiſtam, quin pro mea virili parte, in commune boni aliquid cõferre tentem, ut cunque ceſſurus ſit perſuaſiõis eventus

Bal. in l. athle. ff. de his qui not. infa. Paris de duello. lib. 8. c. 20 Flori. in l. qua actione. §. ſi quis in colluc. ff. ad Aquil.

Digitized by Google

rentus; ideoquè nunc ad propoſitum rever- or. Quæſitum eſt, fueritne duellum ab anti- uis inventum. Omnes ferè, Mutio Iuſtino- olitano excepto, qui (niſi fallor) huius rei eritior fuit, & minus incaute ſcripſit, duel- um antiquiſſimum eſſe aiunt, & à Mantineis erpertum, Atheneum teſtem citant libro uarto ita dicentem: Hermippus in primo de gum latoribus, eorum, qui ſingulari certami e dimicarent, inventores fuiſſe tradit Man- nienſes, Demonacte vno ex civibus auctore, usque rei imitatores fuiſſe Cyrenenſes: & aulo infra ſubdit; quòd autem antiquus fue- t mos ſingulari pugna decertantium, memi- it Ariſtophanes in Phœniſſis, de Oedipi filio- um monomchia loquutus. Alciatus vero Iu- conſultus rem exaggerando ait: Ego ſtygij ranni bella mūdo invehere meditantis ru- mentum, et idcrico vetuſtiſſimum huiuſce gladiationis vſum ſatis & ſuper ſcio: cum & lomerus non vno in loco eius meminerit, ui nunc Menelaum cum Paride pro Helena ngulari certamine coram utroque exercitu ertantem inducat, nunc Aeneam cum Dio- nede, Hectorem cum Aiace: Virgiliusque aximus Poetarum, Aeneida ſuā Turni nece oncluſerit, qui pro vxore Lavinia cum Aenea hrygio manum conſeruerat. Hæc illi. Quæ mnia ſunt falſiſſima. Inciderunt enim illi in os errores, ob ignorantiam rei quam tracta-

bant; cum non animadverterent plura eſſe genera ſingularis certaminis: quæ ignoratio fecit, ut etiam in nomine errarent, omnes enim uno ore idem eſſe ponũt duellum, de quo ipſi ſcribunt, cum eo, quod ſignificat apud Græcos Monomachia, & apud Latinos certamen ſingulare: cum duellum ab eis definitũ, ut ex ijs quæ infrà dicentur, apparebit, tanquã barbarum & novum inventum, neque Græcè, neque Latinè proprium nomẽ habeat. Id vero quod Mantineis attribuit Hermippus, de eo duntaxat certamine, quo duo, plures ve hoſtilium exercituum pugiles delecti ex pacto pro omnibus pugnant, intelligendum eſſe, clarum eſt ex hoc ipſo, quod is citat ex Ariſtophanis Phœniſſis filiorũ Oedipi monomachiam; quanquam error videtur in nomine Ariſtophanis: is enim Comicus fuit, cuius non extat comœdia talis, neque id eſt argumentum ad comœdiam aptum, ſed extant Euripidis Tragici Phœniſſæ, ubi deſcribitur certamen ab Hermippo citatum. Verum quicunque is fuerit auctor, illud certum eſt; Etheoclem ad exercitum Achivorum, qui Polynicem in regnum reducturi Thebas acceſſerant, ad ipſosque Thebanos ita loquutum eſſe. Nolite pro nobis mortem obire: ego enim ipſe ſolus cõmittam fratre cum meo pugnam, & ſi interfecero hunc, domum habitabo ſolus, victus verò huic dedam civitatem: his auditis Polynices

ices rem approbavit: Poſt hæc vero fœdera
:cerunt; & iureiurando inter ſe dato, arma-
in intervallo utriuſque exercitus ambo cer-
ıntes occubverunt.

Vt autẽ õnia ſint clariora, pono plura ſin-
ılaris certaminis eſſe genera, totidem ſcili-
:t, quot ſunt cauſæ, propter quas in certamẽ
:nitur. Summa autem illorum diviſio hæc
t: quædam enim ſunt ex cauſa publica, quæ-
ım ex privata. Cauſa vero publica interdum
t ex utilitate, quemamodum contingit in
:emplis ſupra poſitis, cum ex hoſtibus duo,
:l plures ex provocatiõe, vel improviſo con-
ırſu, aut etiam ex pacto ſingulariter pug-
ınt. Interdum ex delectatione, quam affe-
bant olim in ludis publicis gladiatorum
:rtamina, & quæ poſterioribus ſeculis appel-
ta ſunt gioſtræ, & torneamenta. Privata cau-
etiam eſt multiplex: interdum enim fit pug-
ı ob inanem quandam gloriam militaris vir
tis oſtentandæ gratia; interdum proter o-
um quibusdam inter ſe penitùs inſitum; in-
rdum honoris conſervandi, & iniuriæ pro-
ılſandæ gratia, vel demum pro innocentiæ
perimento, aut pro cuiuſcunque veritatis,
iudicio, vel extra iudicium manifeſtatione.
uæ omnia prout diverſas habẽt cauſas, ita &
verſas habent probabilitatis, conceſſionis-
, & prohibitionis, nec non iuſtitiæ, & in-
ſtitiæ rationes.

Alberi. in l. Athletas. ff. de infam.

De

B. Aug. in l. quæſt. c. dominus. 23. q. 3. Gl. d. c. dominus. 23. q. 3. S. Tho. 22. q. 40. arg. 3.

De Primis enim tribus generibus, cum inter 10
hoſtes fiant, nemo unquam dubitavit, quin le-
gitima ſint, & quin liceat in eis uti etiam inſi-
dijs, & aſtutijs; cum leges etiam ſacræ teſten-
tur nihil ad iuſtitiam intereſſe, cum iuſte ſuſ-
ceptum eſt bellum, ſive aperte, ſive ex inſidijs
quis pugnet, dummodo data fides non fran-
gatur, aut mendacium non dicatur. Hac in re
lapſus eſt auctor libri de honore, qui putavit
huiuſmodi certammina iudicanda, & dirigen
da eſſe ad regulam ſui duelli, quod infra latius
explicabitur. Nicolaus quoque Papa nominis
æquivoco videtur fuiſſe deceptus, cum inter
prohibita videatur ponere ea quæ inter hoſtes
utilitatis publicæ cauſa fiunt certamina, quale
geſſit David cum Goliath. De gladiatoribus 11
lex erat vel publica, vel à munerarijs poſita,
quibus armis, & modis certarent, ſimiliter &
de pugnantibus in torneamentis, quæ lex ſer-
vanda erat. Sed hæc nullam habent cum hoc,
de quo loquimur duello communionem; &
ambo ſunt prohibita: gladiatorum quidem
certamina, prius per Honorium Imp. lege de-
ſuper lata, de qua meminit Nicephorus, dein-
de lege Magni Conſtantini Imperatoris; tor-
neamenta verò concilio Lateranenſi.

c. Monomach. 2. q. 3.

Tomo. 13. in princ.

C. de gladiat. lib. 11. c. 1. et 2. ext. de torneamen.

Ad oſtentationem roboris certant quidam 12
gloriæ nimium appetentes, ebrij, ut puto,
facti fabuloſis eorum, quos vulgus equites er-
rantes appellat, lectionibus; quod ipſum quo-
que

que haud antiquum eſt vanorum hominum
nventum, qui quaſi non ſemper alicubi eſſent
uſta bella, in quibus cum laude vires ſuas ex-
periri poſſent, maluerũt in otio civili per cru-
enta ſingularium certaminum ſpectacula ſu-
am vanitatem inſignem facere. Hoc pacto *Eg. exempl. lib. 3.*
ordellus Mantuanus, quinque & viginti equi-
ibus intra Italiæ fines devictis Lutetiam Par-
hiſiorum profectus, tres eodem die equites
dicitur ſuperaviſſe. Et Emanuel Hiſpalenſis
per Mauritaniam fortiſſimum quenque pro-
vocans, ſeptem obtruncavit, quorum capita
Hiſpalim retuliſſe fertur. Inſignis vero va- *Sepulveda de mil. diſc. lib. 3.*
nitatis exemplum eſt Suerus, Hiſpanus et ipſe,
qui auorum memoria ineunte anno, quo erat
Compoſtellæ Iubilæus de more celebrandus,
pontem amnis ad Aſturiam fluentis cuſtodire
ſtatuit, hac lege viatoribus propoſita, ut quiſ-
quis vellet pertranſire pontem, vel ſe quaſi vic-
tum, et virtute inferiorem dato munuſculo
profiteretur, ut puta calcari, ſive chiroteca:
quod ſi hoc alieũm ſua gloria, et dignitate du-
ceret; non aliter quã victo cuſtode tranſiturus
ad ſingulare, ſive pedeſtre, ſive mallet eque-
re certamen ſe compararet; ad quod ille om-
nis generis arma, & equos ſibi, atque adver-
ſario paratos habebat. Rumore indicti belli,
ex Gallia, Germania, & Britannia multi vani-
tate ſimiles exciti, eò confluxere: quorum ne-
mo pontem tranſire tentavit, quem non Su-
erum

erus aut proſtraverit, aut deditionem facere ex legis præſcripto coegerit. Hoc quoque genus nihil commune habet cum eo duello, contra quod ſcribimus. Hic enim à præſcripta pugnæ lege diſcedere non licet, & quoniam de ſola gloria certatur; permittendum eſt, ut caſu lapſus adverſarius ſeſe erigat, gladioque fracto ut alium ſumat: et huiuſmodi humanitatis liberalitatis que officijs certandũ, quæ plerunque ſecus agenda ſunt in duello. At eũ, 13
qui propter iræ exaggerationem inſitumque odium inita pugna, ratione, modoque regi non poteſt, ſed impetu fertur, ac rapitur uſque ad iræ, odijque ſatietatem, ferè deſcripſit Poeta, qui dixit.

Horat. ſerm. 7. lib. 1.

Hoc etenim ſunt iure moleſti,
Quo fortes, quibus adverſum bellum incidit: inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem
Ira fuit capitalis: ut ultima divideret mors.
& quæ ſequuntur.

Huius itaque modi, cum fuerit Achillis et 14
Hectoris certamen, aliorumque, de quibus ſupra eſt facta mentio; falſò reprehenditur Virgilius ab auctore iſto libri de honore, qui, ut ſupra dixi, ad regulã ſui libri omnia huiuſmodi dirigenda eſſe cenſet: et qui vel ſi rectè loqui potuiſſet, tamen ſeſe cohibere debebat, ne contra tanti Poetæ auctoritatẽ loqueretur.

Sed

Digitized by Google

ed eius pugnæ diverſa fuit ab huius duelli
:actatione ratio, cùm non ſolùm ira odium-
ue inter Aeneam, et Turnum intercederet;
:d ageretur etiam ex pacto de uxore Lavinia,
: Latini regno: quibus in rebus non ſolùm
niurias ulciſci, ſed etiam rivales, & æmulos
ıatura impellente de medio tollere concupi-
cimus. Quæ verò pro innocentiæ experi-
nento, ſeu cuiuſcunque veritatis in iudicio
nanifeſtandæ cauſa per iudices concedeban-
:ur duella, barbarorum moribus, & legibus
:uerunt introducta, cum deficerent probatio- *ff. de iureiu.*
nes: ſicut iure civili Romanorum, & antea *l. 1.*
apud Græcos, & quaſcunque alias bene con- *Ariſt.*
ſtitutas Reſpublicas conceſſa erat iurisiurandi *Iſocr.*
delatio; qua, ſive ille ſit actor, ſive reus non *Quint.*
valens, ſeu nolens legitimis probationibus
uti, ſuper eo quod probandum eſt, offert ad-
verſario iusiurandum, eum ſic quodammodo
provocans iureiurando, ita ut is cui offertur,
iuret, vel in offerentem reijciat.

Hoc genus duelli prava Longobardorum
conſuetudine uſitatum, ab eorundẽ Regibus
in Italia contractum, & reſtrictum fuit ad de-
cem, & octo cauſas: à Friderico Imperatore
ad quatuor duntaxat, à Philippo vero Fran- *Saxo. lib. 5.*
corum Rege ad tres tantum. Solum invenio *hiſt. Da-*
Frotonem Danorum regem huius immanita- *nica.*
tis comprobatorem, à quo lex condita eſſe
memoratur, ut omnis lis, & controverſia

ferro

ferro decerneretur, quòd ſpecioſius exiſtimaret eſſe viribus, quàm verbis confligere, Verum hic quoque nulla eſt cum duello, de quo loquimur, comparatio, cum eæ pugnæ fieri non poſſent niſi armis, & modis per eas leges definitis; & concederentur non honoris, ſed purgationis cauſa certis in rebus defintis: quæ ſunt etiam prohibita per ſacros canones. Errant propterea, qui duellum vulgare Italicum, cum illo iudiciali comparantes argumétantur ipſum eſſe ſimile iudicio, habereque actorem, reum, iudicem & alias ſimilitudines, quæ omnia oſtendentur infra à veritate longe diſtare.

De purg. vul. c. 1. & 2. & de cler. pug. in duel. c. 2.

Reſtat ultima ſpecies huius immanitatis, 16
quod duellum dicitur; et in Italia nunc eſt in uſu frequenti: fitque extra iudicium ſine certa iudiciorum lege, tantum; ut iſti credi volunt, honoris tuendi, ignominiæque propulſandæ cauſa: cuius ut dixi, qui hactenus de eo ſcripſerunt, et nomen, & notionem, vimque & originem videntur ignoraviſſe. Dicunt enim 17
nomen eius fuiſſe apud Græcos monomachiam, apud Romanos ſingulare certamen: cum ea fuerint apud utroſque generalia nomina, non magis unius quàm alterius generis, ſed quæ omnis generis certamina ſingularia ſignificarent: nec, ut puto, reperietur apud Græ- 18
cos, aut Romãos, aut Carthaginéſes, aut Perſas, aut Hebræos, aut demũ aliquã bene conſtitutã Rempublicã, huiuſmodi pugnæ genus unquam

unquam fuiſſe permiſſum, aut cognitũ: in-
cognitæ autem rei non potuit apud illos eſſe
nomẽ proprium. Mutius affirmat fuiſſe in-
ventum Longobardorum; ſed is quoq; falli-
tur, quoniam Longobardorum leges id non
permiſerunt, niſi in certis, ut ante dictum eſt,
& expreſſis cauſis; atque id in iudicio, armiſ-
que & modis definitis: quam autẽ originem,
quodve initium ego huic immanitati fuiſſe
exiſtimem, dicam infrà; ubi definitiones ſuprà
poſitas excuſſerimus. Iureconſultorum defini-
19 tio dicentium, Duellum eſſe pugnam ſingula-
rem ad probationem veritatis, non concludit
propriè rem, de quâ agitur; quoniam ea ver-
borum amplitudo complectitur etiam illud
Longobardorum, & aliorum iudiciale duel-
lum: & propterea non honoris cõſervandi,
& ignominiæ propellendæ tantũmodò cauſâ;
ſed cuiuſcunque rei probandæ occaſiõe duel-
20 lum ſuſcipi videretur. Altera verò definitio
pluribus laborat vitijs: quæ quoniam ad eo-
rum, quæ infrà dicentur, clariorem demon-
ſtrationem conferent; ſingula excutere de-
crevi.

Dicit, primum eſſe certamen voluntarium,
ut ipſe auctor explicat; ad differẽtiam eorum,
quæ fiunt neceſſitate, perindè ac ſi dixiſſet, ad
differentiam gladiatorij: cum gladiatores à
laniſtis, utpote ſervi à dominis inter ſe certare
cogerentur. Hoc quidem pertranſiri poſſet;

niſi auctor ille moralem philoſophum pro- 21
feſſus, omnia ad perpendiculum philoſophiæ
moralis exigere voluiſſet. Ego verò hâc
opinione ducor, ut ſtatuam; neminem
Herod. lib. 7. unquam niſi fatuum, aut ebrium, in cer-
tamen huiuſmodi ſponte deſcendiſſe:
memor prudentis ſententiæ Demarati Spar-
taniillius, qui cum Xerxe in Græciam tranſi- 22
turo diſſerens; ait, Ego neque cum decem
promittam me poſſe dimicare, neque cum
duobus, ac ne ſingulari quidem certamine
libens certarim, at ſi neceſſe fuerit, aut vehe-
mens diſcrimen inſtiterit, promptiſſime
cum uno quovis iſtorum omnium dimica-
rem, qui ſe ſingulos aiunt idoneos ad dimi-
candum cum ternis Græcorum. Hæc ille.
Qua propter ſi tantam vim in animis homi-
num, quantam iſti aiunt, conſervandi ho-
noris, & propulſandæ ignominiæ cupiditas
Ariſt. Ethic. habet: non minorem homini honoris cupido
neceſſitatẽ ea cupiditas quaſi domina afferre
videtur, quã olim gladiatoribus laniſtæ. Po-
terat igitur à Philoſopho prætermitti in defi-
nitione vox illa, VOLVNTARIVM: cum
philoſophicè loquendo, id non ſimpliciter,
In tract. duel. in ſnric. ſed vi ſit voluntarium. Quam ob rem rectius
feciſſe, ac melius in ea parte rem expreſſiſſe
videtur Ioannes à Lignano, Iureconſultus, qui
eam non ſimpliciter voluntariam, ſed delibe- 23
ratam pugnam appellavit. Rectè autem à me
fatuos, ebrioſq; appellatos eſſe hos, qui nullâ
vi.

vi, ac neceſſitate coacti, in eiuſmodi certamẽ præcipites feruntur, non negabit, qui præter Demarati ſententiam, Livij quoque verba cõſideraverit. Cum Gallus, ait ille, eximiâ corporis magnitudine, fortiſſimum Romanorũ, ad pugnam provocaviſſet, T. Manlius Dictatorẽ percontatus ait; Si tu permittis, volo ego illi belluæ oſtendere, quando adeò ferox præſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorũ agmen ex rupe Tarpeiâ deiecit: impetrataq; à Dictatore venia, æquales armatum, adornatumq; adverſus Gallum ſtolidè lætum, & linguam etiam ab irriſu exerentem producunt. Alibi etiam cum Scipio munus gladiatorium ederet, mortuo patri, patruoque eum honorem tribuens: Gladiatorum (inquit Livius) ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt ſervorum delectu, ac libertorum, qui venalem ſanguinem habent: voluntaria omnis, & gratuita opera pugnantium fuit. Nam alij miſſi ab Regulis ſunt ad ſpecimen inſitæ genti virtutis oſtendendum, alij ipſi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam Ducis, alios æmulatio, & certamen, ut provocarent, provocatiq; haud abnuerent, traxit: quidam, quas diſceptando controverſias finire nequiverant, aut noluerant, pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, ferro decreverunt: neque obſcuri generis homines, ſed clari illuſtreſq; Corbis, & Orſua patrueles fratres de principatu civi- Lib. 7. Lib. 28.

tatis, quam Ibem vocabant, ambigentes ferro ſe certaturos profeſſi ſunt, cum verbis diſceptare Scipio vellet, ac ſedare iras: negatum id ambo dicere communibus cognatis, nec alium Deorum, hominum ve, quàm Martem ſe judicem habituros eſſe. Eventus autem pugnæ his verbis à Livio concluditur: Maior uſu armorum, & aſtu facilè ſtolidas vires minoris ſuperavit. Verba quoque Diodori ſunt attendenda, cùm ait. *Lib. 17.* Erat inter Alexandri convictores Macedo quidam Coragus nomine, qui corporis robore, & rebus ſtrenuè geſtis multum præſtabat; is vino incaleſcens ad certamẽ ſingulare Dioxippum Athenienſem athletam, cui ob pleraſque inſignes victorias coronæ præmium datum fuerat, invitavit. Hoc autem, quod ſentimus, ex eo magis etiam con- 24
firmari videtur, quòd perſpicuum eſt, provocatores ipſos, quemadmodùm ſtultè, & nullâ cogente cauſâ ad provocandum impelluntur, ita etiam ſtolidè certare, & ut plurimum ſuccumbere. Quod intereà dictum ſit de illis, qui ad oſtentandam virtutem fortiſſimos provocant: nam de ijs, qui noſtratum more duello certant, infrà conſiderabimus. Sequuntur in definitione verba hæc. INTER DVOS 25
HOMINES: Exponit ipſe, ut excludantur certamina plurium adverſus totidem, cùm illa non ſint propriè duella, quod oſtendit etiam ipſum vocabulum: quod quidem dictum

à Mutio

Mutio priùs irriſum eſt, cùm nulla ratio reddi poſſit, quin una, & eadem controverſia coniunctim eſſe poſſit inter plures, quæ inter duos. Nominis verò etymologia, non magis eſt vera, quàm ſit ea, quæ ab imperitis dicebatur eſſe DIALOGI: cùm tamen in ſapientiſſimorum libris videamus plurium quàm duarum perſonarum eſſe dialogos. Illa etiam paulò pòſt ſequuntur, PER VIRTVTEM PROPRIAM; ad differentiam, inquit auctor, eorum, qui uti volunt inſidijs, & alienâ virtute, ideſt, ut vulgò loquimur, alieno valore: & ad excludendum armorum, & quarundam huiuſmodi rerum meliorem cõditionem, quæ vulgò dicitur Avantagio: ad excludendum etiam, quæ caſu, & fortuitò incidunt, quibus adiumentis non comparatur honor, cum ea non ſufficiant ad probandum aliquem eſſe virum honoratum; quia ſi honor eſt præmium virtutis, acquiri non poteſt niſi
26 per virtutem. Hîc quoque auctor iſte (niſi fallor) aberrat à vero: cum aſtutia, & prudentia ſint virtutes magis propriæ hominis, quã vires corporis, quæ ſunt magis propriæ taurorũ, & aliorum brutorũ. Quapropter ſapiẽter ait Plutarchus: Hominũ propria vis in animi ratiõe conſiſtit, qua & elephantes per ſylvas pedicis capit, frenat equos, ſubiugat boves aratro, volucria deijcit arundinibus, & in profundo ſubmerſa retibus extrahit. Hæc eſt hominis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

vis, quæ multò vberius ſe profert, cum ambitus terræ, cœli magnitudines, et ſtellarum circulos proſequendo non fatigatur. Hæc erant Hercule digna: quis non Vlyſſes, quàm Cyclops eſſe malit? Et quemadmodùm ſuprà dixi, dato iuſto hoſte, etiam per ſacras leges ex inſidijs pugnare liceat, & quàcunque meliore conditione uti, ſi quis ab adiumentis paratior ſit, quæ ſibi ſua induſtria comparaverit, dummodò abſit mendacium, & fides non fallatur: quod etiam probari poteſt exemplis, excepto eo certamine, quod ſuprà dixi, ad ſolam oſtentationem fieri, & falſæ gloriæ acquirendæ cauſa. Nam, ut omittã id, quod ſemper omnibus ducibus uſitatum fuit in omnibus bellis, in quibus nemo eſt, qui neget minoris eſſe momenti, quæ palàm, & apertâ vi fiunt, quàm quæ dolo, & aſtu conficiuntur: nemo fuit ex magnis Imperatoribus, ſive quis Alexandri, ſive Scipionis, ſive Cæſaris, aut aliorum quorumcunque res geſtas percurrat; quin libentius aſtutia, & inſidijs, quàm vi apertà vincere maluerit; atque etiam eâ de re gloriatus fuerit: quapropter multi à ſtudioſis conſcripti ſunt ſtratagematum libri. Nemo etiam negabit quin & in hoc genere valeat argumétum ſumptum à bello universali ad ſinguare certamen, poſito quod utrunque ſit iuſtum, & quod illud particulare ſit pars illius univerſalis. Ad hanc rem tamen ſingularis ét certami-

nis

nis exempla non deſunt. Bellum erat Atheni- *Strabo lib.*
enſibus cum Bœotis de Melenis vico: Xantus *9. Polyæn. li.*
autem Bœotorum dux provocavit Athenien- *1. Suidas.*
ſium regem Thimetem: recuſante autem illo
Melanthus Meſſeniorum rex Athenis profu-
gus pollicitus eſt, ſe imperij cauſâ pugnaturũ:
congredientibus eis, Melanthus ait Xantho,
atqui iniuriam facis, qui comitatus venis ad
pugnã: Xanthus converſus ut alterum, ſi quis
erat, aſpiceret: à Melantho confixus iaculo,
peremptus eſt. Athenienſes eo ſtratagematis
dolo victoriam adepti, Melanthum regem
fecerunt: diemq; feſtum annuum inſtituerũt;
quem vocant Apathuriam, ideſt deceptoriã.
Tantum abeſt, ut inſidijs, & aſtutia contra ho-
tes uti ſit dedecori. Alexander quoque Mag- *Diod. lib. 17.*
nus cum Sphithobrate Ioniæ præfecto ſingu-
lari certamine, ut ſupra dixi, congreſſus, meli-
orum armorum conditiõe, quam ei ſors tule-
rat, prudenter uſus eſt: nam, cum eius lanceæ
ferrum in illius thorace fractum vulnus irritũ
dediſſet; & Perſa, qui prius telum in Alexan-
drũ cõiecerat, gladio ſtricto in eum ferretur:
non puduit Alexandrum alterâ lanceâ ſtatim
arreptâ, barbarum magno vulnere in faciem
dato conficere. Itaque Virgilius iure repre-
hendi non poteſt, qui fecit Turnum ſub finem
certaminis ſolo gladio uſum, haſta ab Aenea
tranſverberari. Præterea, ut in exemplo ſupra
poſito claris verbis inquit Livius, Corbis natu *Lib. 28.*

maior uſu armorum, & aſtu facilè ſtolidas vires Orſuæ patruelis natu minoris ſuperavit. Quibus verbis nihil eſſe poteſt expreſſiùs ad probandum id quod ego ſentio, licere, decereque hoſtem in duello aſtu magis, quàm ſolis viribus ſuperare. Quòd ſi contraria ſentientes auctorem iſtum ſequi vellemus, incideremus in magnas tricas, quæ rem facerẽt infinitam, & inextricabilem. Semper enim gladius, exempli cauſà, fractus, vel è manu in terram lapſus, reſtituendus, & certator cadens erigẽdus, ſublevandusque, aut etiam caſu aliquo vel adverſarij virtute vulneratus, vel debilitatus ad æqualitatem redigendus, vel ita dimittendus eſſet; quo nihil dici poteſt abſurdius.

Lib. 1. Refutatur opinio iſta eiusdem Livij exemplo alio: qui, conſertis, inquit, manibus duo Romani ſuper alium alius vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt; ad quorum caſum cum cõclamaſſet gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam ſpes tota, nondùm tamen cura deſeruerat exanimes, vice unius, quẽ tres Curiatij circũſteterant. (Hoc loco ſatis liquet; non fuiſſe dedecori tribus vnum circũſiſtere) Videãus quæ narrare pergit Livius: Fortè is integer fuit, ut vniverſis ſolus nequaquàm par, ſic adverſus ſingulos ferox: ergo, ad aſtutiam ſcilicet converſus, ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam, contigitque ut ſpes eum minimè fruſtraretur.

Illis

is enim, ut quenque vulnere affectum
rpus ſineret, per intervalla in ſequentibus,
ios vnum poſt alterum, prius quàm fratres
nſequerentur; conficit, iamque æquato
iarte ſinguli ſupererant, ſed nec ſpe, nec vi-
bus pares: alterum intactum ferro corpus,
geminata victoria ferocem in certamẽ ter-
um dabant, alter feſſum vulnere, feſſum cur-
trahens corpus, victusque fratrum ante ſe
age victori obijcitur hoſti; nec illud præliũ
it: Romanus exultans, malè ſuſtinenti arma,
adium ſupernè iugulo defigit. Itaque rectior
t eorum ſententia, qui exploſis puerilibus
is erga adverſarium liberalitatibus, dicunt; *Ioan. Lig. col. pen. q. 8.*
quum eſſe, certantes ſuæ fortunæ permitti:
eos caſus perferant, quibus ſe ipſi ſponte
biecerunt. Nam fieri non poteſt, ut præ-
ıntiâ remotâ, æquabilitas cõſtituatur; quod *c. Monomach. in Conſt. regni lib. 2.*
Federici Imperatoris verbis colligi poteſt,
ım inquit; Vix enim, aut nunquã duo pugi-
s inveniri poterũt ſic æquales; ut vel in totũ
on ſit alter altero fortior, vel in aliquâ parte
i vigore maiore, & potiori virtute, vel ſaltẽ
genijs alter alterũ non ex cedat. Hæc ille.
quuntur hæc in definitione verba: IN
OCO AB EXTERNA VI TVTO,
T IMPEDIMENTIS VACVO, AT-
. INTRA VNIVS DIEI SPATIVM;
l differentiam, inquit, eorum certaminum,
uæ fiunt in locis non tutis, ubi locus iniurijs,

 & impedi-

Digitized by Google

&c impedimentis eſſe poteſt: & quia provocator non ſe obligat in infinitum tempus. Hæc 28
omnia, cum declarent non ipſius duelli vim, & naturam, quam ſubſtantiam vocant, ſed accidentia, quæ poſſunt citra ſubiecti corruptionem abeſſe, & ineſſe, omitti poterant; præſertim id quod dicit de ſpatio unius diei: nihil enim repugnare videtur, quin, ſi ita conveniat, in plures dies certamen prorogari poſſit. Reliqua ſunt verba, quæ declarant propoſitum eſſe provocatori quidem probare ſe hominem eſſe honoratum, & dignum, qui nec iniuriam accipiat, nec deſpiciatur; quæ verba ſe ait auctor poſuiſſe, ut actoris, qui paſſus eſt iniuriam, officium oſtenderet: alteri verò propoſitum eſſe probare contraria; ut ſingnificaret officium rei, ideſt, eius, qui provocatur, ob id, quòd alteri iniuriam fecerit, de quibus poſterius erit diſſerendum.

Hactenùs probaviſſe mihi videor nonnulla ex propoſitis, iſtos videlicet ſcriptores, neſciviſſe quid eſſet propriè duellum, de quo ipſi ſcribebant: eiuſque proprium nomen ignoraviſſe ac multo magis originem, & initium, neque animadvertiſſe ipſum eſſe ſuis proprietatibus ab alijs ſingularium certaminum generibus diſtinctum. Nunc reſtat ut demonſtrem, duellum non eſſe adiumentum, ſive inſtrumentum honori tuendo congruens, aut neceſſarium, aut idoneum; ideſt (ut ita lo-

quar)

quar) non eſſe medium ſufficiens conſervando, recuperandóve honori, & iniuriæ, ignominiæque propulſandæ. Prætereà circa eius uſum, & tractationem, etiam ut in re malâ, pleraque pravè, & contra rationem inſtituta eſſe: ac potiſſimum optionem eligendi arma, quæ provocato dari ſolet; quo nihil abſurdius exiſtimari poteſt: ea demum, quæ dicuntur de actore, & reo, & de comparatione duelli cum iudicio civili, vana eſſe atque inania. Sed antequàm longiùs procedam, nolo prætermittere, quin dicam id quod ſentio de huius malæ ac barbaræ cōſuetudinis origine, ac duelli per eiuſmodi conſuetudinem introducti, definitionem ſubijciam.

29 Origo, ſi quis certum illius tempus, certūq; auctorem exquirat; omninò eſt incerta: quoniam generaliter omnis conſuetudinis & principium neſcitur ut plurimum, & auctor certus nullus proferri poteſt. Nam imprudentibus nobis ſeſe conſuetudo inſinuat, voluntateſq; noſtras obſcurè primum, tum etiam apertè ſibi conciliat: poſtremo tantùm acquirit auctoritatis, & gratiæ, ut regnet, dominetur que perinde ac lex, & interdùm lege vehementius, & acrius. Veruntamen ſi coniecturæ locus eſt: ab his initijs, ut exiſtimo, res profecta eſt.

30 Victis, & oppreſſis Longobardis, Italia fuit à multis Regulis, vel potiùs tyrannis in parteis diviſa, & occupata: hi, partim quia, ut erant

viribus,

viribus, & armis debiles, non poterant omninò quoſdam inſolentes, et contumaces homines ab iniurijs arcere; partim quia, quod
Ariſt. Polit. lib. 5. c. 2. proprium eſt tyrannorum, feroces, & manu promptos, qui fermè duelli occaſiones aucupari ſolent, formidabant: ut ſimul utrâque ſe moleſtiâ liberarent, cœperunt in eorum diſſidijs connivere, deindè paulatim permittere, ut ſingulari certamine ſe ſe ipſi perimerent; præſertim cum Reguli ipſi, & tyranni haberent exemplum Longobardorum: & id permittentes (quod boni Principes nunquam cõceſſiſſent) ſuæ tyrannidi conſulerent; dùm feroces illi ſeſe de medio alius alium tollerent. Hos verò cùm paulatim alij interpoſito falſo honoris nomine imitarentur: res ad iſtam, quæ nunc viget, immanitatem proceſſit. In hanc me ſentẽtiam perduxit hiſtoriarum lectio; quoniam ante deletos Longobardos nullam invenio huius rei factam eſſe mentiõem: quam rem tyranni poſteà, ut veriſimile eſt, permiſerunt. Definitionem verò antequàm ponam: non erit alienum ab inſtituto, ſi meam de hâc immanitate opinionem aureâ ſen-
In ſerm. de S. Ludovico. tentiâ Ioannis Gerſonis theologi celeberrimi confirmem. Ex his, inquit ille, qui duello cer- 31
tant, alij cupiditate opum moventur, alij ambitione gloriæ, viri fortis, & ſtrenui ſplendorem uſurpantes: verùm ut primi plerunque non falluntur, quia plerique ex eis locupletes

ea

eâ ratione facti ſunt (ſcilicet à ſtultis quibuſdam Principibus, tanquàm viri fortes liberaliori ſtipendio munerati) ita alteri fortitudinis, aut ſtrenuitatis gloriam, propter huiuſmodi præſumptam audaciam nunquàm ſunt aſſecuti. Ad hanc rem teſtimonio Ciceronis utitur, cuius hæc verba ſubijcit: Ea animi elatio, Offi. lib. 1.
quæ cernitur in periculis, & laboribus, ſi iuſtitiâ vacat, pugnatque non pro ſalute communi, ſed pro ſuis commodis, in vitio eſt. Ex his omnibus, hæc mihi videtur effici poſſe apta definitio. Duellum eſt ſingulare certamen,
32 quod homines quidam legum contemptores, ſpecie ac nomine conſervandi, recuperandíve honoris, & ignominiæ propulſandæ; re autem verâ pecuniarum, aut falſæ gloriæ, ſeu affectatæ vindictæ, vel æmulationis cauſâ, miſſis ultrò citroq; libellis, ad locum, & diem certum convenientes, armis à provocato electis, committunt. Quâ ratione conſtent, ac defendi poſſint ſingulæ huius definitionis partes, ut item explicem, non laborabo; cùm ex his quæ ſuprà dixi, facilè colligi poſſe videantur, & ex his quæ infrà dicemus, maiorem declarationem ſint habituræ. Quærit
33 auctor libri de honore, quod alij quoque priùs quæſiverant: ad quem præcipere, ac diſputare de duello, & quæſtiones de illo poſitas diſſolvere pertineat? Ibi multis verbis reprehendit, & eos qui ad iuriſperitos, et eos qui ad

viros

Digitized by Google

viros militares id pertinere dixerunt: ipſe hanc tractationẽ ad eam politicæ ſcientiæ partem, quæ eſt de moribus, pertinere contendit: atque ita huius præclaræ diſciplinæ verum, & certum doctorem Philoſophum duntaxat moralem, eſſe ſtatuit; eâ (ni fallor) potiſſimum ratione; quia, inquit, iniuriæ, quibus propulſandis inventum eſt duellum, ad ſcientiam morum pertinent: & honor, qui duelli finis eſt, in eâdem ſcientiâ definitur; ideo ſequitur, ut duelli materia ad ſcientiam morũ pertineat. Iuriſperiti verò quatenus iniurias tractant, ac virtutes, & vitia: non id faciunt docendi cauſa, ſed ut vitia prohibeant, & virtutes coli iubeant; cum verò præter ſanctiones ſuas etiam iniuriarum, vitiorum, & virtutum definitiones, cauſas & ſimilia ponunt; id non faciunt, ut ſolùm ſunt iuriſperiti; ſed ut agnoſcunt iuriſprudentiam ſubiectam eſſe ſcientiæ morali, quam (ut ſic loquar) præſupponunt: quod etiam de duello intelligendum eſſe contendit; et eodem argumento; eâdem poſſeſſione milites quoque depellere conatur. Ad ſummam, concludit omnia, quæ de duello conſiderantur, uſque ad congreſſum & pugnam ipſam, ad moralis philoſophiæ ſtudioſos pertinere, non ad Iuriſperitos, aut milites, ut tales ſunt: ipſam verò conflictionem ad artem tractandorum armorum, quæ vulgò Schermia dicitur, pertinere. Quòd verò

multi

Digitized by Google

multi dixerint, duellum regi & tractari debere ſecundum conſuetudinem: huius opinionis cauſam fuiſſe dicit: quòd cum ante ipſum certas huius rei leges & regulas nemo tradiſſet; ac propterea ignoraretur, ad quem id pertineret: melius dici non poterat, quàm de eo ſecundum conſuetudiné loqui. Quod tamen non ſatis commodè dicebatur, quandoquidem (inquit) conſuetudo cum ſit varia, non videtur eſſe idoneum fundamentum, ſuper quod tantæ rei moles conſtituatur. Sequeretur enim, ut quiſque more ſuo, & variè ſecundum proprium ſenſum, vel ſecundũ patriæ ſuæ conſuetudinem iudicaret. Ad hæc confutanda mihi videtur non multis opus eſſe: tum quia quæſtio eſt quodammodò puerilis, non tanti certè momenti, quanti putat ipſe: tum quia nititur fundamentis, & po-
34 ſitionibus, quæ præſuppoſita vocant, manifeſtè falſis. Sumit enim tanquàm poſitum, & conceſſum iniuriarum tractationem eſſe totã Philoſophi moralis, præſertim quantum attinet ad earum cognitionem: cùm tamen ex rei evidentiâ, atque etiam ex ipſius Ariſtotelis verbis clarum ſit, moralem philoſophum non poſſe habere plenam, perfectamque iniuriarum cognitionem, niſi ſit etiam legum peritus. Eſt enim iniuria (inquit Ariſtoteles) cùm quis libens contra legem lædit. Lex autem eſt vel propria, vel communis: propriam

Rhet. lib. 1. c. 10. & c. 13. Ethic. lib. 5. c. ult.

dico,

dico, quam ſibi privatim una quæque gens; ac natio ſcribit, & imponit; & ſecundum quam apud eos, qui communitate vitæ atque victus ſociati ſunt, vivitur: Commune autem, quæcunque nullo ſcripto ſancita inſita eſt in naturâ: cui una omnium gentium conſenſione videtur eſſe obtemperandum: Quòd ſi poſſit moralis philoſophus eorum; quæ communi illâ;& naturali lege continentur, cognitionem habere: earum certè iniuriarum; quas fieri contingit contra alteram legem ſcriptam, quam propriam appellat Ariſtoteles; cognitionem habere non poterit; niſi etiam ſit legis ipſius peritus: hanc autem peritiam, habere non poterit ex ſolo moralis philoſophiæ ſtudio; & librorum ethicorum lectione. Prætereà civilis prudentia non eſt hominis tantùm, ut hominis; ſed quia civis eſt; qui tum publicè, tum privatim vitæ civium; & ſaluti conſultum vult eſſe Hæc enim vna, Reipublicæ gubernacula per utranque ex legibus, quæ ſupradictæ ſunt, moderatur, & regit: nec unam aliquam; ſed omnes omnium commoditates amplectitur, civesq; ſuos bonos efficit, & beatos; quod ſummum eſt humanæ vitæ bonum. At ſi in hac ſcientia eſt ſumum hominis bonum: omnium ſit oportet ſcientiarum princeps, domina, & , ut ait Ariſtoteles, Architectònice. Nam quibus in Repub. ſcientijs, & artibus, & ijsdem, quandò;

Digitized by Google

do, quomodo, & quatenùs ſit utendum, præſcribit: nec eas tantùm facultates, quæ ſunt in honore, & pretio, ut rem militarem, Rhetoricen, Dialecticen ſibi ſubiectas habet; ſed etiam reliquas omnes artes, quarum eſt opus in agendo, aut faciendo, ad uſum ſuum accommodat: edocetq;, quid in una quaque harum ſecundum leges faciendum ſit, aut non faciendum: qui campus latior eſt, quàm ut
35 intra Ethicorum fines claudi poſſit. Cauſa verò quamobrem ſub incertis adhuc regulis variata eſt, ſemperq; variabitur, dum erit duelli conſuetudo, quod infrà clarius apparebit, ea videtur eſſe, quia caret ratione: immò eſt contra rectam rationem falſis quibusdam poſitionibus, vel præſuppoſitis introducta conſuetudo. Et ſicut verum vero conſonat: ita falſum nunquam rei cuiquam conſonum eſt. Ideò ſapienter ait Poeta. *Ariſt. Ethi. 1. cap. 8.*

O here, quæ res
Nec modum habet, neq; conſilium: ratione, modoque
Tractari non vult. In amore hæc ſunt mala, bellum,
Pax rurſum: hæc ſi quis tempeſtatis prope ritu,
Mobilia, & cæcâ fluitantia ſorte laboret
Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet: ac ſi
Inſanire paret certâ ratione, modoque.

Teren. in Eun. Horat. ſermo. 3. lib. 1.

36 Hæc etiam eſt cauſa, quamobrem incertæ, ac variæ ſint ſemper de duello Iuriſconſulto-

rum ſententiæ: ita ut ſi alter ex adverſarijs pugnam detrectare velit, ſemper, ſalvo etiam, quem prætendunt honore, parata ſint diverticula elabendi, quod mihi ſæpius conſulto ſucceſſit: nunquam enim in tam barbara cauſa quicquam reſpondere volui, niſi quod ad impediendum certamen ſpectaret. Quinetiam (abſit iactationis ſuſpitio) nulla videtur eſſe in genere hoc controverſia, quæ ſpecioſis, ut ſic dicam, & coloratis argumentis ita involui, & implicari non poſſit: ut invitus conſultor ſalvo ſibi honore ſuo, nunquam ferro decernat: neque id admodùm difficile factu inveniet, cui complura in utranque partem, in diverſis controverſijs eorum, qui huiuſmodi rerum peritiam profitentur, reſponſa, & conſilia formis impreſſa & edita legere, & conſiderare vacabit. Accedit eò, quòd omnia ſumuntur ex conſuetudine non ſcripta; quod nihil aliud eſt, quàm unumquenq; ex proprio ſenſu, atque arbitrio pronuntiare. Difficilè autem eſt invenire prudentes, qui videre poſſint, quid quaque in re ſit æquum, aut iniquum. Nam evenit ſæpenumerò, ut tum amor, tum odium, quibus in privatis controverſijs conſulti promoventur; tum etiam propria commoda adeò perſtringant eorum oculos, ut nequaquàm verum intueri poſſint: atque ita, propter præſentẽ cuiuſque aut voluptatem in amore, aut dolorem in odio, aut cu-

Ariſt. Rhet. 1.

piditatem

pididatem in comodis, totum iudicium tenebris involvatur. Cuiuſmodi confuſio in re clariori ſolet accidere, nempe in mercatorum iudicijs; in quibus non nullis placet ex bono, & æquo, ac naturali quadam æquitate potius, quàm ex iure ſcripto agi, et diſceptari. Quanquam enim certa ſunt naturalis æquitatis principia: tamen ex opinionum varietate confuſio tanta naſcitur; ut vix ulla ſit controverſia, in qua, ſi quis requirat, non poſſint ex utraque parte proferri à multis mercatoribus ſubſcriptæ, et approbatæ contrarium continentes ſententiæ, quas appellant vulgari ſermone ſtilos; cuiuſmodi in manus meas multi pervenêre.

37 Duellum aūt non eſſe inſtrumentum, ſive medium aptum ad recuperandum, conſervandumve honorem; hoc pacto probatur. Ponunt iſti; qui hac de re ſcripſerunt; honorem, duntaxat eſſe duelli finem: honorem autem nemo negat eſſe virtutis, & beneficentiæ præmium, iudicio, ſtudioq; civium de- *tthi. 4. & 8*
latum. Quæ verba ſi quis populariter, ut nunc *Cic. epiſ. ad*
loquuntur homines, explicare velit: meo qui- *Plancum. &*
dem iudicio ita dicere poſſit, honorem hoc *de clar. orat*
loco intelligi mundanā gloriam; quæ bona exiſtimatio, et à nonnullis bona fama appellatur. Nam cum eius, qui honoratur, excellentiæ teſtimonium honor eſſe intelligatur, hoc nullā re tam locuples hominibus contin-

 git,

git, quàm bonorũ conſentiente laude, & iudicio de præſtanti virtute. Quæ cum ita ſe habeant: ex eis hæc evidenter efficiuntur. Primum, ut is honos, eaque bona fama non aliâ ratione, quam verè virtutis ope acquiri, et conſervari, ſeu recuperari poſſit: alterum, ut non ſit in cuiuſquam arbitrio, ut bonam de ſe famam, & deferendum ſibi honorem ab invitis civibus extorqueat: cùm debeat ab illorum libera voluntate, certoquè iudicio proficiſci. Tertium, ut ij à quibus honos huiuſmodi, & bona fama proficiſcitur, ſint ipſi quoque boni, & virtute præditi: nam mali, & virtutis expertes non poſſunt huius rei, quæ virtutis eſſe prœmium ponitur, idonei iudices eſſe.

His poſitis, ſi duellum non eſt virtus, neque 38
opus virtutis: conſequens eſt, & efficitur quod mihi propoſitum fuit. Non eſſe autem duellum virtutis opus ſed potiùs eſſe virtuti maximé oppoſitum: ſic probatur, Quod eſt divinis, & humanis legibus prohibitum: non poteſt niſi contemptis, violatiſque legibus ipſis ſummo cum ſcelere peragi: at ea maxima eſt iniuſtitiæ, ſceleriſq; pars, leges violare, & contemnere: quod ipſum civilem omnem tranquillitatem perturbat, labefactatque publicam libertatem, & vitia in ſe continet omnia: quemadmodùm legum obſervatrix iuſtitia in ſeſe virtutes continet omnes. Nam

Ariſt. eth. lib. 5. polit. 1. c. 2.

Theognis.

iſti

iſti contemptores legum, quietiſque publicæ perturbatores, ſunt Gigantes illi, Cyclopes, ac Læſtrigones, ſine lege, et ſine ritu viventes, qui à Poetis finguntur, illa monſtra teterrima; & diræ peſtes Erebi, queis numina mille, mille nocendi artes. Neque erit, ut puto, qui neget, divinis & humanis legibus duellum prohiberi, cùm ſint in ſacris libris
79 civiliſq;, & canonici iuris loci notiſſimi. Neque hîc mihi quiſquam opponat conſuetudinem: quoniam in ſcientia iuris exploratum eſt, & certum, in huiuſcemodi actibus, quorum vitium non oritur ex prohibitione, vel quia in vetitis ſunt: ſed ideò prohibentur, quia ſunt per ſe mali, non poſſe conſuetudinem quantumuis licet vetus ſit, peccatum excuſare, aut actus ipſos rectos, & legitimos facere. Quid? quod ipſi etiam barbari, apud quos pervetus erat conſuetudo iudicialis illius duelli: eam tamen deteſtantur. Rotharis, n. Longobardorum rex, qui eam impiam appellat, ita inquit. Dum per pugnam ipſam, ſic ut antiqua fuerat conſuetudo, quærere diſponebant, gravis cauſa nobis eſſe comparuit, ut ab uno ſcuto per unam pugnam omnem ſuam ſubſtantiam homo amittat, & reliqua: et etiam infra, quia incerti ſumus de iudicio Dei, & multos audivimus per pugnam ſine iuſta cauſa ſuam cauſam perdere; ſed propter conſuetudinem gentis noſtræ Longobardo-

Hom. Odiſ.
Ariſt. ethi. x.
Legum Longob. lib. 1. §: recolimus.

In conſt. Regni lib. 2. rum legem impiam vetare non poſſumus. Et Fed. Imperator, Monomachiam, inquit, quæ vulgariter duellum dicitur, paucis quibusdam caſibus exceptis, inter Barones regni noſtræ ditioni ſubiectos, in perpetuum volumus locum non habere; quæ non tàm vera probatio, quàm quædam divinatio dici poteſt, quæ naturæ non conſonans à iure communi deviat, æquitatis rationibus nón conſentit: & alibi, eam conſuetudinem pravam, & à tramite rationis cuiuſlibet alienam appellat. Hæc illi. *c. conſuetudinem. eod lib.* Præterea ſi bona fama acquiri, haberique non poteſt, niſi bonorum libero, ſpontaneoque iudicio; nō poterit ſtulta vulgi militaris opinio facere, ut duello vincere ad virtutem atque laudem pertineat militarem: cùm prudentes omnes, nempe Theologi, Iuriſperiti, Philoſophi, cœterique boni, et honeſti cives aliter judicent. Veruntamen hoc, quod dico, lucidius fiet, ſi fingamus id, quod prohibitum eſt, licere non ſolùm humanas, verum etiam naturalem, divinamque legem redarguere; & leges ipſas ita duellum prohibere, ut honoris privatorum nullam habeant rationem, & ſi perquiramus, quid commune habeat duellum cum honore: nam illud, leges habeant honoris privatorum rationem & curam, nec ne, videbimus poſtea. Huius autem cognitionis cauſâ, res videtur paulò altius repetenda: idque in primis conſiderandum, oportere

Deutero. c. 12. diſt. q. c. in iſtis. ff. qui et a quib. l. preſpexit.

oportere certatores ipſos, ut eis ad duelli tractationem venire liceat, eſſe viros honeſtos, & honoratos, ut etiam duelli comprobatores concedunt; honorati autem eſſe non poſſunt, niſi etiam ſint virtute præditi: inter tales, ut ad duellum veniatur, neceſſe eſt intercedat iniuria; laceſſitus autem iniuria, quòd ſe adverſario ſuo putet eſſe ludibrio, ac deſpectui, & ex ea contemptione ſuam minui exiſtimationem, bonamque famam: idcirco eum, à quo laceſſitus eſt, ad duellum provocat.
42 Ex his duelli ſcriptores eliciunt, materiam duelli eſſe iniuriam, ſeu mavis dicere contumeliam, quæ videtur à contemnendo dicta eſſe: finem verò eſſe honorem, ſeu exiſtimationem, & bonam famam; aut verius illius recuperationem, ſeu conſervationem. Hæc autem quomodo ſe habeant, ſi viderimus, fortaſſe id quod propoſui, confirmabitur. Illud equidem concedo, cuius etiam auctor eſt Ariſtoteles, ſi quis æquo animo ſe contemni ſinat, aut etiam ſuos ludibrio haberi patiatur: eum non modo non honorati, ſed abiectiſſimi hominis, ac potiùs mancipij cuiusdam, quàm liberi officio fungi. Nam hac de re inter nos controverſia non eſt; ſed de modo, quo contemptus honori ſuo proſpicere debeat: de quo videbimus poſteà. Interim animadvertendum eſt id, quod iſti in ratiocinatione prætermittunt, neceſſe videlicet

Inſtitut. de iniur. in prin.

Rhet. lib. 2
Ethic. lib. 4.

delicet eſſe, cum̃ iniuria illata eſt, eum qui alteri intulit, iniuſtùm eſſe, quod ex ipſa iniuriæ definitione demonſtratur: iniuſtus autem honore aliquo dignus non eſt, ſed tanquam vitij mancipium vituperabilis; itaque non oportet eum honoris cauſa ad duellum vocari, ſed tantummodò opus eſt, ut tanquàm iniuſtus, & pravus debitâ pœnâ afficiatur, neque iniuriam paſſus propterea dici poteſt honorem perdidiſſe; cùm honor propria virtute acquiſitus non poſſit niſi vitio, peccatoque proprio amitti, at in illatione iniuriæ nullum eſt patientis, peccatum, neque vitium, ſed inferentis: ut quid igitur quærat iniuriam paſſus recuperare, conſervareq; honorem, qui non eſt aliquo modo imminutus? Prætermittunt ex altera parte laceſſitum iniuria, auctore etiam Ariſtotele, niſi ſit ſtupidus, & inſenſatus, illicò ad iram commoveri. Ira autem definitur eſſe libido puniendi eius, qui iniuria læſiſſe videatur: itaque ſic iræ cauſa eſt contemptio: finis verò ultio, quæ iræ modum̃ imponit pro dolore efficiens voluptatem. Hinc autem ſequitur, ut iniuriam paſſi, atque propterea irati finis ſit ipſa duntaxat vindicatio. Quòd ſi demus, & concedamus honorem vindicatione conſervari, eâ certè vindicatio meliori ratione per leges, & magiſtratus, quàm per duellum comparatur: nam cum magiſtratus de iniuria facta ſenten-

Ariſt. ubi ſup. Cic. Thuſc. li. 4.

tiam

tiam tulit, ac iudicium pronuntiavit, eius ni-
mirùm, qui accepit iniuriam; ſalvus eſt ho-
43 nor. Id verò per duellum non declaratur,
cùm in auditorum, ſpectatorumq́; arbitrio
maneat, eum ne, cui crimina inferebantur,
propter quæ certatum eſt, quanquam duello
vicit, tamen his infamen iudicent, an omni
criminum ſuſpicione liberent: non enim
duelli victoria rem ita eſſe, aut non eſſe ſta-
tuit, aut concludit. Cur autem id præſtare
non poſſit, duæ videntur eſſe cauſæ, quarum
altera quidem ad ipſam refertur, altera verò
ad ſpectatores, bonosq́; omnes, à quorum
libero iudicio honoris exiſtimatio proficiſci-
tur. Nam quod ad ipſam victoriam pertinet:
ſi contingat exempli gratia, provocatorem
ideò moveri, & impelli: quòd cùm ipſe adver-
ſarium adulterum, aut hæreticum, aut falſa-
rium appellâſſet, aut ab eo iniuriam ſibi per
proditionem eſſe illatam aſſerviſſet, ille eum,
ut aſſolet, mentiri dixiſſet, & certando pro-
vocator ſuccumbat, ac victum ſe eſſe fateatur,
nihil commune habent hæc duo, hunc vide-
licet victum eſſe, & illum alterum non verè
appellatum fuiſſe adulterum, aut hæreticum,
aut falſarium, aut proditorem. At dicent iſti,
cùm ille fatetur ſe victum eſſe, ſimul fatetur
à ſe falſi criminis adverſarium inſimulatum
fuiſſe. At ego primùm id nego eſſe verum,
neque aliâ probatione indigeo, cùm clarè, ac

perſpicuè diverſa ſint, nec aliquid commune habeant, propter quod alterum ſit alterius conſequens: nam ſi hic duello victus eſt, non ſequitur, ut ille alter hæreticus non ſit, aut proditor. Deindè dico, talem confeſſionem metu mortis extortam, etiam ſi iureiurando firmata ſit, civili, ac naturali etiam iure non obligare, neque fidem facere. Quòd verò ad ſpectatores pertinet, aliosque, ex quorum libero iudicio bonæ certantium famæ exiſtimatio pendet, quique loco iudicum ſunt; neq; apud eos hoc quod iſti aſſerunt, locum habet. Eſto enim concedatur hoc, ex eventu belli ſpectatores credere poſſe, victorem victo eſſe vel robuſtiorem, ſi viribus, vel fidentiorem, ſi audaciâ, vel feliciorem, ſi caſu, vel magis aſtutum, ſi aſtutiâ aliquâ ei vincere cõtigerit; aut etiam fortunatum, ſi adverſarius vel pugnam detrectâarit, vel acceptâ conditione ad diem dictam in locum conſtitutum non venerit: non propterea quiſquam ſanæ mentis planè credet eum iuſtiorem cauſam habuiſſe: non certè magis, quàm ſi certatum eſſet de nomine, naturaque provocati, utrum is eſſet Centaurus, aut Satyrus, aut Cyclops, monſtrum've aliud huiuſmodi, an certus homo.

Rhet. 2. Hic verò mihi ſtatim opponitur ex Ariſtotele illa opinio, quâ exiſtimatur Deus affectis iniuriâ opem ferre, & iniuſta vindicare, cui tamen

tamen facilè occurritur, cùm in promptu ſit
reſponſio, opinioni videlicet præferendam
eſſe veritatem, cui teſtimonium tribuunt ver-
44 ba, quæ ſupra ſcripſi Rhotaris, & Federici,
cum ille dicat ſe multos audiviſſe, qui per
pugnam ſine iuſta cauſa, ſuam cauſam perdi-
derint: hic verò affirmet, hanc non tam ve-
ram probationem, quàm divinationé quan-
dam dici poſſe. Teſtatur idem Innocentius
Papa eius nominis Tertius, qui narrat V. & *de purg.*
fratres, Spoletinos cives, cum furti accuſaren- *vulg. c. 2.*
tur, coactos eſſe duello decertare, in quo
cùm victi fuiſſent, bonis omnibus à Coſs.
Spoletinis ſpoliatos fuiſſe: deinde furto apud
alios quoſdam deprehenſo, cognitum eſſe,
palàmq; factum, miſeros illos, quanquam vic-
tos, tamen ea culpa vacaſſe, innocenteſque
fuiſſe. Et fuit adeo ſtolidus, vel fortaſſe im- *Sigebertus*
pius, & tyrannica pravitate imbutus Imper. *ſub anno*
Otho eius nominis inter Germanos primus: *Domini 942.*
qui cum legis condendæ, ac declarandæ po- *Vincen. hy-*
teſtatem haberet; orto inter eius proceres *ſtorial. lib.*
diſſenſione de lege primogenituræ, utrum *24. c. 70.*
deberet primogeniti filius, an verò ſecundo *Firmanus in*
genitus in defuncti parentis ſucceſſione præ- *verbo nepos*
ferri, tanquàm eſſet quæſtio inſolubilis, ſua *Regis.*
ſententia rem dixit eſſe gladiatorio iudicio
terminandam, voluitq; credi ex parte nepo-
tum ſtare iuſtitiam, quia contigerat ijs ceſſiſſe
victoriam, qui cenſebant primogeniti filium

eſſe

eſſe anteferendum. Quòd ſi illi, qui aliquo modo poterant Deo excuſati eſſe, quòd legis & iudicum iniquitate coacti certamen ſuſciperent, quanquàm culpâ vacabant, & in eâ re innocentes erant, tantamq; iniuriam patiebantur, tamen à Deo fortunæ ludibrio derelicti, & permiſſi ſunt, ut fortè aliorum delictorum (quemadmodùm idem Innocentius interpretatur) pœnas luerent, quam curam putamus eſſe Deo noſtratium horum duello decernentium, qui nulla lege, nulla neceſſitate cogente, propria temeritate Deum ipſum tentantes, et, quemadmodum ſacri Doctores loquuntur, in Spiritum ſanctum peccantes, & vindicationis officium, quod Deus ipſe ſibi reſervavit, uſurpantes, ſe ipſi voluntariæ morti obijciunt, & occidendi adverſarij occaſionem quærunt? Deus enim opi- 45
tulari quidem ſolet paſſis iniuriam, non tamen omnibus, ſed iuſtis, & qui ſperant in eo. Quòd ſi quis iniuſtus ab eo auxilium expectet, audiat ex ſacris libris verbum illud, Orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. Eſto poſſit aliquis ex noſtris duello certantibus iuſtus eſſe, is certè dici non poteſt à Deo ultionem ſperare, cum ipſe ſua temeritate Deum tentando illam ſibi arroget, vel præſumat: quanquàm, ſi vera loqui volumus ex his, quæ experientia eorum, quos certare vidimus, comperta ha- 46
bemus

Pſalmo. 37. noli æmulari. in fi. et multis alijs locis.

Machab. 2. c. 9.

habemus, cogemur fateri, ex eis iuſtos, & bonos eſſe vel nullos, vel rariſſimos. Quo enim pacto iuſti & boni appellari poſſunt, qui (ut omittamus alia ſcelera) natura ſuperbi, & moribus efferati, nec legibus obtemperant, nec iuſtitiam ſequuntur, ad quas ſeſe aptare, & conformare nec poſſunt, nec volunt, ſed ipſas ſibi leges, ipſamq; iuſtitiam famulari debere arbitrantur: idque iuſtum eſſe putant, quòd animi ſui libidini conſonat, vel ut planius ac iucundius dicam, quod eorum phantaſticis eſt conforme capitibus? ita ut rectè dixiſſe videatur Comicus: Homine imperito nihil quicquam iniuſtius eſt, qui nihil rectum putat, niſi quod ipſe facit.

His rationibus alijsque ſimilibus, quas, ut ſunt viri perſpicaces, non ignorant plerique ex his qui duello patrocinantur, coacti et impulſi fateri videntur duellum eſſe rem nefariam, & illicitam, atque omnibus legibus prohibitam: ſed tanquàm neceſſariam equeſtris militiæ (quam ipſi Cavalleriam nominant) uſu introductam eſſe, & proptereà in benè conſtitutis Civitatibus permittendam, vel tolerã-
47 dam eſſe contendunt. Neceſſitatis autem cauſam hoc pacto demonſtrare ſibi videntur. Honor, inquiunt, qui honorato equiti ſecundum equeſtrem diſciplinam tribuitur, ſive honoratò equiti Cavallerio ſecundum vitam cavalleresſcam (libet enim eorum vocabulis uti, quã-

quam

quam nova, barbara, & in latina oratione ridicula ſunt, ſi fortè harum rerum, quas tractamus, jntelligentiam, & notionem melius aperiant) is honor, inquiunt illi, propriæ vitæ ac legibus, patriæ, omnibusq; aliis rebus eſt præferendus. Cum autem iniuriarum, & contéptionis perpeſſio, h ominem eſſe nullius pretij; nulloque honore dignum ſignificet, & leges; ac magiſtratus ad Rempublicam tuendam tantum, & utcunque proſpiciant, ut iniuriam inferentes minis, & certis propoſitis pœnis arceantur, aut plectantur, privatim veró hominis iniuriam paſſi honori non proſpiciant; quinimó cum equeſtris dignitas, & cavalleritiæ vitæ decus non ſuſtineat, aut patiatur, ut iniuriam paſſus ad Magiſtratum querelam deferat; ab eque opem implorans, iniuriæ acceptæ vindicationem poſtulet, idcircó neceſſariò, & cum laude duelli uſus eſt introductus. Addunt neceſſitati utilitatem hoc pacto, & primo inquiunt. Minus malum eſt loco boni: minus autem malum eſt duos tantum homines vitam ſuam periculo mortis obiicere, quám totam Civitatem exitii periculo committi. Duellum igitur locò boni eſt, ac propterea utile Civitati, ſi permittatur: alioquin eius qui accepit iniuriam gentiles, propinqui, amici, affines, & clientes, qui eiusdem iniuriæ quaſi contagiõe ſeinfectos putant, arma capiunt, & ortâ ſeditione, inteſtinoq; bello, civitatis ſtatus labefactatur & con-

vellitur:

vellitur: quæ mala duello prohibentur, in quo
res nullo pro pè incommodo privata vi & pro-
pria virtute, vel (ut ipſi loquuntur) proprio va-
lore decernitur & determinatur. Deinde ſub-
jungunt, nemo negabit, quin utile ſit civitati
fidem ſervari: duellum autem cauſa eſt, prop-
ter quam fides ſervetur à multis; cum metu-
ant ne ob perfidiam ad duellum provocentur;
tanta enim vis eſt veritatis, ut validiſſimos
etiam viros, & audaciſſimos, eorum animo
perculſo, & audacia repreſſa imbecilles, & ti-
midos reddat, ſi contra veritatem ſe pugna-
turos eſſe ſciant. Tertio dicunt, eâdem rati-
one multos ab inferendis iniurijs cohiberi:
48 quòd civitati eſt utiliſſimum. Quid? quòd ali-
quis etiam exiſtit adeo pertinax, ut omnium
legum, & bonorum, ac prudentium auctori-
tate poſthabita, non ſolùm neceſſarium, &
utile, ſed honeſtum quoque duellum eſſe con-
tendat his, ni fallor, argumentis. Eadem ra-
tio, quæ, eſt ab univerſo ad univerſum; eſt
etiam à particulari ad particulare. Sed bellum
univerſale contingit eſſe iuſtum, ergo idem
dicendum eſt de particulari, & ſic de duello,
ut quandoque poſſit eſſe iuſtum. Præterea,
inquiunt, ſi iuſtum eſt unicuique ſuum tribui:
iuſtum etiam eſt duellum. At iniuriam paſſus,
cum minus habeat ſui honoris, quantum vi-
delicet ei detractum eſt de honore ab eo qui
fecit iniuriam; debet operam dare, ut immi-

nutus

Digitized by Google

nutus & detractus, ſive ereptus honor ei ab adverſario reddatur: æquum enim eſt, ut ab illo, honorē ſuū recuperet: Non decet autē virum nobilē repetere honorē amiſſum via, & ratione teſtiū, aut legū præſidio, aut per inſidias, aut aliena vi, virtuteque, alienó ve robore, ſeu valore. Reliquum eſt igitur, ut imminutum honorem repoſcere, & redintegrare non poſſit, niſi ſuopte robore, ſua vi, ſua virture, vel ſuo proprio valore; atque ita, quod conſequens eſt, niſi ratione duelli. Cur autem viro nobili non conveniat aliâ ratione, quàm propriæ virtutis, & duelli honori ſuo conſulere, reddit rationes, quas hic referre ſupervacaneum videtur.

Verum his omnibus ita oppoſitis, quaſi ad huius noſtræ tractationis initium revocati, videmur de integro duellum ſit honeſtum, utile, neceſſarium, nec'ne, conſiderare debere. Cùm verò mihi propoſitum ſit ea omnia diluere & refutare, ab ultimis duobus argumentis, quibus ille probare conatus eſt duellum in iuſtis, & honeſtis eſſe, initium faciendum videtur. Itaque concedo, id quòd ego quoque 49
ſuperius aſſervi, eandem eſſe rationen particularis ad particulare, quæ eſt univerſi ad univerſum: modo illud particulare ſit illius eiuſdem univerſi pars, alio modo nequaquàm: itaque ſi bellum univerſale ſit iuſtum, quod ut eiuſmodi ſit, multa deſiderat: inter eius belli hoſtes etiam particulares pugnæ erunt iuſtæ, cuiuſmodi ſunt tria prima genera ſingularis

B. Thomas 2.2.q.40. ar. 1.

certaminis,

certaminis, quæ ſupra ex cauſa publica fieri diximus: duellũ autem, cum non ſit eius univerſi pars aliqua, ſed aliud quiddam ſeparatum, & diverſum, non poteſt ex illo univerſali accipere juſtitiæ communionem. Alterum argumentum ab hoc ipſo ductum, quòd unicuique ſuum ſit tribuendum, quoniam affine eſt primo argumento ſupra poſito de neceſſitate duelli, una cum illo eadem reſponſione confutabitur: ſimulque patebit, neque juſtum, neque neceſſarium duellum eſſe.

50 Sed antequàm hoc præſtem, opportunum eſſe videtur, ut inquiramus, quid nam ſit, quamúe originem, & rationem habeat equeſtris honor ille, ac potius cavellereſcus ille honor, qui neceſſitati duelli prætenditur. Hæc nomina, quibus nunc utimur, unde ducta ſint, vel imperitis notum eſſe poteſt: nam ut ab equo latine ducta ſunt hæc vocabula, eques, equeſter, equitatus; ita vulgari ſermõe à cavallo, q latinis eſt caballus, ducta ſunt, cavallieri, cavalleria, cavalereſco. Quid autẽ ſignificet, in tot libris hac de re ſcriptis, nihil mihi legere contigit, præterquàm in reſponſis Mutij, cujus hæc ſunt verba. Ill grado della Cavalleria è un ordine inſtituto per huõini valoroſi, à fine, che habbino à pigliar la difeſa del dritto, et del douere. Quæ deſcriptio, cùm relinqueret nos æque atque antea incertos, amplius conſiderandum, et perquirendũ duxi, ſi poſſem, quæ fuerit iſti-

us origo cavalleriæ, quæ leges & inſtituta, quive fuerint homines illi præſtantes eius auctores, & comprobatores invenire. Itaque mecum aliquando cogitavi, fortè ne manaviſſet ea res à veteranis illis militibus, à Libero patre primùm heroibus appellatis, quos deindè Magnus Alexander, Octavianus, Auguſtus, & Carolus Magnus, Bacchum imitati ampliſſimis privilegiis donatos plurimum honoraverunt, unde creditur ductum eſſe nomen, & inſtitutum eorum, qui in Germania dicuntur Heraldi. Sed in ea ſententia non permanſi, tum, quod nemo ex his Imperatoribus permiſerit, ut ſui Heroes honoris cauſa privatim inter ſe decertarent, ſed judicium potiùs, pœnamq; de his, qui ſontes eſſent, ſumendam ſibi ipſi reſervârint, quemadmodum nec inter Germanorum Heraldos unquam duelli uſus, aut conſuetudo legitur fuiſſe: tum quòd, cùm duellum hoc ſit inventum recentiſſimum, non potuerit eius origo antiquis heroibus cognita, aut probata eſſe. Libet tamen hîc adſcribere Caroli Magni verba, & quia continent ſententiam eorum, quæ prius à Baccho, Alexandro, & Auguſto edicta, & pronuntiata fuiſſe creduntur, & quia etiam magnifica ſunt, ac digna, quæ pro exemplo, & præcepto vitæ militaris habeantur. Nam Carolus cum Saxones ſæpiùs à ſe deficientes multa vi domuiſſet, ac Longobardos Romano Pontifici infeſtos, ab illius vexatione co-

Æneas Sylv. Epiſt.126.

cohibuiſſet, Imperator, & Auguſtus appellatus, milites, qui tanti laboris ſocij, omniumque itinerum comites fuerant, in hunc modum honore fertur, & militiæ vacatione donaviſſe. Ite, inquit, milites mei, vos Heroes vocabimini, ſocij Regum, & judices criminum, vivite poſthac laboris expertes, cōſulite Regibus publico nomine, turpia corripite, favete fœminis, iuvate puſillos, cōſilio circundate principes, ab his victū, veſtitū, ſtipendiumque petite: ſi quis negaverit, inglorius infamisque eſto: ſi quis injuriam vobis intulerit, reum ſe majeſtatis agnoſcat. Vos autem caveritis, ne tantum decus, tantumque privilegium iuſto bellorum labore partum, aut ebrietatis, aut ſcurrilitatis, aut alio quovis vitio maculetis: ne quod vobis largimur ad gloriam, redundet ad pœnam, quam de vobis ſumendam (ſi forſan exceſſeritis) nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanorum Regibus perpetuò reſervamus. Hactenus ille. Heroum igitur, & Heraldorum abjecta, & repudiata ſimilitudine, ipſius Cavalleriæ nomen in aliam me duxit opinionem, cùm eam eſſe vim veritatis animadverterem, ut plerunque etiam invitos ad ſe exprimendam, & proferendam impellat. Nanque in mentem venerat narratio quædam Ariſtotelis, ipſa rerum experientia comprobata. Prima, inquit ille, Reſpublica inter Græcos poſt regna ex militantibus conſtituta fuit, initio quidem ex equitibus, quia robur exercitus, dùm bella gererent, in equitatu

Polit. lib. 4

52

Digitized by Google

cõſiſtebat, propterea quod peditatus ſine ordine inutilis eſt: hoc auté genus hominum antiquis temporibus nec uſum rei militaris habebat, nec ordinem; itaque robur in equitatu erat. Hæc verba Cavalleriam iſtam, ſi eius intelligentia, notióve equeſtri militiæ reſpondet: minorem ſignificationem continere declarant, quàm vocabulum militiæ reíve militaris, cum ſignificet rudem, & imperfectam quandam militiam ordinis expertem ac diſciplinæ. Qua ex re (niſi fallor) compertum habuimus, quod quærebamus, ſi modo res eſt nomini conſequens. Patet etiam Cavalleriam iſtam non eſſe adeo magnificam, ut ſpretis legibus, & prudentium virorum exemplis ad uſurpandum ſive frequentandum duellum ſolius Cavalleriæ auctoritas idonea videri debeat. cum ſit manca, penè pudenda, unde exempla peti non debeant, non tanti certe facienda, quanti ab iſtis exiſtimatur: cum autem res Italas memoria repeterem, viſus mihi ſum certum 53
tempus inveniſſe, quo in Italia huiuſmodi Cavalleria initium habere potuerit. Hoc autem cum referri non poſſit ad antiquiſſima tempora, quæ Romanorum Imperium antecesſerunt, quòd illius antiquitatis vix extet umbra memoriæ, neque ad ipſa Romani Imperij tempora, quibus militaris diſciplina nulla ex parte manca fuit, ſed undique perfecta & abſoluta: accedit eò quòd illis temporibus nunquam inveni-

venitur licuiſſe militibus privatas injurias perſequi, ſuumque honorem aliter quàm publicis legibus tueri. Secuta eſt tempeſtas inclinationis Romanorum Imperij, quo demum cadente, atque Italia in barbarorum poteſtatem redacta, apud Italos homines nullum omnino militiæ genus erat. Quin etiam oppreſſis Longobardis, qui ultimi barbarorum in Italia dominati ſunt, adhuc Itali ab armis ferendis, quibus tot ſeculis caruerant, deſuefacti quieſcebant. Quòd ſi reguli, & tiranni, de quibus ſupra locuti ſumus, ac civitates inter ſe, aut cũ barbaris bellum gerere vellent, externum militem conducere opus erat, quod recte, ac ſcite reprehendit Thuſcus Poëta, ubi ait:

Platina in vita Bonifacij. Blondus lib. x. Sabellicus enne. 9. lib. 9. Suppl. chronic. l. 14.

Che fan qui tante pellegrine ſpade?

Donec Albricus Balbianus Cunij (ut nunc loquimur) Comes Bonifacio Nono Pontifice, eo ferè modo, qui ſupra ex Ariſtotele ſcriptus eſt, ex diverſis Italiæ locis ad duodecim millia, Italorum equitum in unam alam coëgit: qua externos omnes nempe Teutones, Gallos, Britones, & Anglos ad equitum numero quadraginta millia, qui ſpecie mercanariæ militiæ Italiam diripiebant, & vaſtabant, vi profligavit, & Italiæ finibus expulit. Ad hunc Italos ad arma, libertatemque revocantem, cum militaris diſciplinę ignari eſſent, idcirco maiori ex parte equites concurrebant: ipſe Sancti Georgij vexillum extollens, eam S. Georgij militiam, &

ſocietatem appellavit: quòd ſanctus vir ille, eques fuiſſe diceretur. Sic enim eius Divi auſpiciis collecti equites Itali, nunquàm ſe terga externo hoſti daturos juraverant. Ex Albrici autem ductu, & contubernio quaſi è ſchola quadam, atque ex ea ſocietate complures audaciſſimi duces prodiêre, qui poſt illum cum reliquis militibus in duas factiones diviſi ſunt, quorum alteri Brachiani, Sfortiani alteri dicebantur. Hi pulſis ex Italia militibus externis, pulcherimum factum avaritia, & omni tyrannico ſcelere maculantes, multis annis Italiæ civitates & Regulos vexârunt, & concuſſerunt: nam cum ipſi neque certam patriam, neque Remp. pro qua dimicarent, neque leges haberēt, quas ſervarent, tota Italia vagantes, aliis bella gerentibus venali fide mercenariam operam præbebant, & plerunque, ne ſtipendia deficerent, bella, ubi non eſſent, ſuis artificiis ſerebant, aut civitates de ſe nihil malè meritas, vexationem, aut hybernorum impudentes poſtulationes pecunia redimere cogebāt. Ita divi Geor. milites pulſis externis militibus, et armorū uſu recuperato, univerſam Italiam jiſdē incōmodis, quibus eam levaſſe videbantur, aut ètiā maioribus affecerunt. Erant enim non militaria caſtra, ſed prædonum conventicula, non juſta bella, ſed aperta latrocinia. Hæc noſtra eſt opinio de de origine celeberrimæ Cavalleriæ, cuius inſtitutis ex legis huius duelli, ac ſolo leviſſimorum hominum arbitrio nixi, quod forte antea, ſed

omnino

omnino poſt oppreſſos Lõgobardos introduci cœperat, uſus videtur eſſe confirmatus, cum ex eius falſa auctoritate, iſta nũc inſania pendeat. Quæ ſi vera eſt opinio, mirari nemo debet, ſi apud eiuſmodi viros duelli uſus fuit receptus, cum exleges eſſent, &, ut ait Homerus, Iure tribuque, domoque carentes, Nec haberent magiſtratus, à quibus ſuas injurias vindicare poſtularent, nec eſſent ipſi animi magnitudine, aut aliis virtutibus præditi, ut injuriarum obliviſci glorioſum ſibi eſſe putarent: itaque falsò nostrates viri docti tantam iſti cavalleriæ tribuunt auctoritatem. Nã ſi antiquitatem auctoritatis matrem requiras, res eſt recentiſſima, nempe intra CLXXX. annos nata, ſi temporis conditionem, omnium fœdiſſimo ſeculo exorta; ſi auctores, habet illos rei militaris rudes, & immeritos, latrociniorum verò & aliorum ſcelerum ſolertiſſimos artifices. Quòd ſi qui meam hanc opinionem improbare voluerint, non repugnabo, ſi certam ipſi, aut veriſimiliorem protulerint, aut ſaltem hanc à veritate alienam eſſe oſtenderint, quod niſi fecerint, non puto me juſtè reprehendi poſſe, ſi in ſententia permanſero. Ne quis autem putet falſo me illis latronum, & ſceleſtorum nomina indidiſſe, præter alios ſupra citatos, habeo auctorem Divum Antoninum Florentinorum Archiepiſcopum, qui non multo poſt tempora illa vixit. Scribit enim eam alam, quam ipſi ſpecioſo nomine

Iliad. lib. 9.

Ariſt. pol. l. 1.

In Cronicis 3. part. tit. 22 cap. 3. §. 18. & ſeq.

mine equitum Sancti Georgij adornabant, ab aliis latronum ſocietatem appellatam fuiſſe, quòd eſſent inter eos exulum, latronum, & facinoroſorum hominum permagnæ catervæ: quinetiam ſigillatim deſcribit quot aureorum millia illi à Florentinis, Piſanis, Senenſibus, & Lucenſibus, agrorum vaſtatione, aliiſque vexationibus, & minis extorſerint, & alia pleraque eorum maleficia, quæ vel ipſorum nominum ſonus penè teſtatur: nam eius ſocietatis principes & duces erant Sfortia, Braccius, Beordus, Ceccholinus, Brolia, Tartalia, Moſtarda, & ſimilia mōſtra, nōinaque pluſquàm tragica.]

Sequitur ut antequàm propoſita argumenta confutare aggrediar, errorem coarguam, & detegam, qui tantis iſtos tenebris involuit, cum ignari legum, quod inexploratum erat, & falſum, pro certo, & vero ſumerent, ac proponerent, leges videlicet, ac magiſtratus non proſpicere honori hominis injuriam paſſi, nec permittere, ut quiſque ſuapte virtute ſuas injurias ulciſcatur: error nimirum communis, in quem ferè omnes inducuntur, qui res quas ignorant, tractare temerè, atque illotis (quod aiunt) manibus aggrediuntur. Quemadmodum vero lege id agere liceat, dicam infra, poſtquam declaravero quo ordine, quaúe moderatione Chriſtiana Religio, moralis philoſophia, & illuſtrium virorum exempla, probos & pios injurias vindicare, aut condonare doceant.

Sed

Sed interim quærendũ videtur quot modis
honos, tũ eius qui infert injuriã, tũ eius qui inju-
riã accipit, minui poſſit. Hac enim in re nõ me-
diocris iſtorũ, qui duello patrocinãtur, error fe-
cit, ut in abſurdiſſimas conſequentias laberen-
tur. Omnis igitur injuria fit aut verbo, aut fa-
cto, eaq; aut præſenti, aut abſenti. Si verbo vel *B. Thom. 2.2. q. 73. art. 1.*
5 ſcripto fiat, contũelia dicitur: q̃ ſi jaciatur in ab-
ſentẽ, à Theologis detractio appellatur: ſin præ-
ſenti imponatur, contumelia dicitur, & ſpecies
generis nomen retinet: facto autem fit injuria
aut occulte, ut furto, ut pulſatione corporis, ſi-
cariorum, & proditorum more, aliisúe quibus-
cunque dolis, & inſidiis: aut apertè, ut rapina,
6 pulſatione, & quacunque alia hujusmodi vio-
lentia palàm oblata. Per occultas, clandeſtinas,
doloſas & malitioſas injurias, nihil detrahi de
honore eius, qui ignominiis, & inſidiis appeti-
tus eſt, ac læſus, omnes etiam, qui duello patro-
cinantur, concedunt, fatenturqúe hominem
ita violatum, & offenſum nullo huiuſmodi pre-
mi onere, propter quod eum oporteat hono-
rem ſuum repoſcere, ac ad pugnam inſidiato-
rem provocare: contra potius eum, qui per in-
ſidias læſit, omni gradu honoris excidere, atque
ut inprobum, & deteſtabilem notari, ac vitu-
perari. Ego vero eâdem ratione, quam etiam
duelli ſcriptores ſequuntur, affirmo, idem mul-
to magis ſentiendum, dicendumque eſſe de jis
injuriis, quæ verbo, vel ſcripto abſentibus infe-

ram, &, ut ſic dicam, apertâ fronte fiunt, ſe-
uitur, ut in his tantum cauſis duello poſſit eſſe
cus, ſi modo verum eſt honoris causâ duel-
m eſſe permittendum. Sed neque in his o-
nibus locus poteſt eſſe duello, niſi uterque
ui infert injuriam, & qui accipit, pari ſint
nditione earum rerum, quibus vis affertur,
repellitur: nam ſi armatus inermi, comita-
s ſoli, expeditus impedito vim faciat, eâdem
tione dicemus hominis violati honorem
on minui; quoniam is, qui armis, comitum
ege, et alia quavis conditione ſuperior, unum
iquem ſolum, imparatum, aliqua denique
nditione inferiorem aggreditur, & lædit, vi-
etur eum vereri, non parvipendere, nam ſi
rvipendiſſet, vel veritus non eſſet, ſolus in
lum quotidiano more armatus, nulla melio-
conditione quæſita invaſiſſet. Illæ quoque
dentur injuriæ inter occultas, et clandeſtinas,
doloſas numerandæ, quæ liberis, parenti-
is, uxori, famulis, aliiſque qui ad nos perti-
ent, nobis curæ ſunt, & à nobis pendent, infe-
ntur clam nobis, aut cum ipſi abſumus: quo-
am illarum auctores quoque dici non poſ-
nt parvipendere, ſed potiùs vereri eos, qui-
is abſentibus, vel clam, aliqua cum ipſis neceſ-
udine conjunctos violarunt.

Hic alia quoque ratio locum habere poteſt,
mbecillioribus vis afferatur, cum turpe, ac
tuperabile, ſit imbecillos quavis injuria vexa-
re,

re. Tales igitur injuræ, cum honorem non læ-
dant, videamus quo ſint pacto ferendæ, aut
vindicandæ: nam cum vis afferturimproviſa,
& repentina, injuriam à nobis propulſare non
poſſumus, neque à noſtris, cum abſumus, quam
non niſi poſt factum cognoſcimus, itaque vel
ferenda eſt, vel vindicanda. De animi æquitate
& patientia, ſeu verbo, ſeu facto injuria fiat, ex
ſacris libris, & morali philoſophia, præcepta,
conſiliaque, & ex omnibus literarum monu-
mentis illuſtrium virorum exempla nobis faci-
Pſal.10. lè ſuppeditantur. Inquit enim Rex David: Qui
inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates,
& dolos tota die meditabantur? ego autem
tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus
Proverb. 26 non aperiens os ſuum. Et Salomon. Ne reſpon-
deas ſtulto iuxta ſtultitiam eius, ne illi ſimilis fi-
Matth.5. as. Chriſtus vero Servator noſter: Ego dico
vobis, nolite reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſe-
rit te in dextram maxillam, præbe ei & alte-
Ad Roman. ram. Et Divus Paulus. Non reddentes malum
In Mathe. pro malo. Et Divus Chryſoſtomus. In propriis
injuriis eſſe quempiam patientem laudabile eſt.
Ipſe quoque Ariſtoteles, æqui & probi viri pro-
Rhet.1.c.13. prium eſſe ait, acceptam injuriam patienter fer-
re, non ad ulciſcendum ſeparare, non impetum
facere in injuriæ auctorem, ſed æquo animo
improbitatem ipſius tolerare. Ariſtides, cùm
improbus quidam os ei ſputo coinquinâſſet, ri-
ſit hominis improbitatem, àc ſatis habui dice-
re,

Digitized by Google

e magiſtratui; qui adſtabat; admonendum il-
um eſſe, ne poſt id ſimile aliquid faceret. Adri-
nus Imperator ſervum, qui in ſe armatus irru-
ſſet, data venia curari juſſit, quòd eſſet furio-
ſus. Auguſtus cum multorum maledictis ve-
aretur, ſatis habuit reſpondere, in libera civi-
ate etiam linguas eſſe liberas oportere. Cato
uidam petenti veniam, à quo fuiſſet per impru-
entiam percuſſus, atqui, reſpondit, nunquam
ı me, quod meminerim, percuſſiſti. C. Iulius
Cæſar nihil æque, ac ſibi illatas injurias oblivi-
cebatur. Lycurgus, qui leges Lacedæmoniis
edit; non modo æquo animo tulit oculi cœci-
atem ab Alcandro temerario adoleſcente ſibi
latam, ſed ipſum injuriæ auctorem ad ſuppli-
iū ſibi deditum, benigne clementerque apud
e tandiu habuit, quoad longa conſuetudine ex
mprobiſſimo factus eſt omnium frugaliſſi-
nus. Pericles Athenienſium princeps tulit pa-
enter per integrum diem in publico convitia-
orem temerarium, & inſolentem, nec, cum
eſperi ſe domum reciperet à ſe repulit, adhuc
naledictis inſectantem: poſtremo ubi in pri-
no domus limine conſtitit, ad ſervum conver-
us, ito, inquit, & hunc civem domum redu-
ito. Itaque horum virorum judicio (niſi ego
allor) nulla contumelioſior eſſe poteſt ultio,
uàm eum qui læſerit indignum judicare, quē
lciſcaris. Divus Chriſtophorus Martyr, à Sa-
niorum præfecto percuſſus colapho, repercu-
terem

terem te, inquit, niſi Chriſtiana pietas, cuius
cultor ſum, prohiberet. Quò ſi quis non tanta
magnitudine animi, tantaqúe virtute præditus 60
nolit contumelias, aut injurias patienter ferre, aut diſſimulare, leges id facere non cogunt, ſed naturæ indulgentes vindicationem certo modo permittunt: ſimul enim, ubi opus eſt, honori eius, cui infertur injuria, conſulunt; ſimul etiam ne inpunita remaneat injuria, cavent.

Quoniam vero ex his quæ ſupra dicta ſunt, 61
conſtat honorem, & exiſtimationem ex ipſo quidem facto in periculum non venire, niſi ex ea contumelia, vel iniuria, quæ coram fit, & cœteris paribus: ex aliis vero, data illarum ignava tolerantia. Idcirco quo ad primam ſpeciem, & iure naturæ, & ſacris legibus, & iure civili permittitur, ut vis vi repelli poſſit, modo id fiat adhibita defenſionis certa moderatione, vel, ut dici ſolet, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Erit autem moderata defenſio, ſi quatuor habuerit attributiões, ſeu qualitates: quarum prima cernitur ex ordine actuum in ipſa negotii geſtione; eſt enim ordine facta defenſio, cum repellitur adverſarius, à quo primùm factus eſt impetus, ſeu terror iniectus: non propterea tamen is, in quem fit impetus, pulſationem debet expectare. Itaque cùm aliquem diſtricto gladio conſpicor in meipſum invadentem, ſi præſenti animo reſiſtens, & repugnans eum occidam, ea cædes, & occiſio iure, atque im-

l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi armata. l. ut vim. & ibi not. per omnes Dd. ff. de iuſt. & Iur. D. Tho. 2.2. quæſt. 64 Argu. 7. Gl. l. 3. vers. qui armari. ff. de vi & vi armata. Bar. in l. ſed ſi quencunq;

impune facta erit. Secunda qualitas in tempo- re, atque occaſione ſpectatur, cum ſcilicet ea propulſatio, atque defenſio ſtatim fit, & conti- nenter rixa non intermiſſa: alioquin ex inter- vallo temporis non erit amplius defenſio, ſed n nomen ultionis, quæ privatis eſt prohibita, ranſibit. Et quamvis id continuo factum eſſe ntelligatur, quod perficitur in primo congreſ- u, antequam ad alias actiones divertatur, ta- nen ſi dilationem interponi contingat non mbecllitate animi, & ignavia, ſed propter vim nultorum, ac magnam impreſſionem, etiam ım appetiti hominis iuſto dolori lex veniam at, & indulget. Quapropter acutiſſimus Iu- econſultus Ioannes Faber eam Sententiam omprobat: nam ſi quis potens, & factioſus ıultis armatis ſtipatus, pauperi ſine comitatu ıcedenti certam mortem minitetur, & eum l certamen provocans manúm gladio admo- ere iubeat: pauper verò videns adverſus tot omines nullum eſſe defenſioni locum, & ſe cisum iri, ſi invadentis impetum expectet, excipiat, nec ſe poſſe catervam comitum a- e, quam circum ſe ſemper habeat; ut inimi- poſſit occurrere, & eius impetum ſuſtinere, portuno loco obſervato, & idoneo tempore oto, potentem inimicum interficiat: homi- lii reus, Fabri iudicio, nõ erit, nam cum ſem- r in periculo verſetur, quoniam potens ille, od eſt minatus, facilè perficere poteſt, quic- quid

ff. ad l. aqui. Anan. in c. ſi perfodiens col. ſi. de homicid. Bart. Veron. caut. 29. l. 3. §. eum qui ff. de vi & vi arm.

l. quòd aũt lex §. ſi. ff, ad l. Iul. de adul.

In §. ius gentium Inſtit. de iure nat. gen & civ.

cõſiſtebat, propterea quod peditatus ſine ordine inutilis eſt: hoc auté genus hominum antiquis temporibus nec uſum rei militaris habebat, nec ordinem; itaque robur in equitatu erat. Hæc verba Cavalleriam iſtam, ſi eius intelligentia, notióve equeſtri militiæ reſpondet: minorem ſigni ficationem continere declarant, quàm vocabulum militiæ reíve militaris, cum ſignificet rudem, & imperfectam quandam militiam ordinis expertem ac diſciplinæ. Qua ex re (niſi fallor) compertum habuimus, quod quærebamus, ſi modo res eſt nomini conſequens. Patet etiam Cavalleriam iſtam non eſſe adeo magnificam, ut ſpretis legibus, & prudentium virorum exemplis ad uſurpandu m ſive frequentandum duellum ſolius Cavalleriæ auctoritas idonea videri debeat. cum ſit manca, penè pudenda, unde exempla peti non debeant, non tanti certe facienda, quanti ab iſtis exiſtimatur: cum autem res Italas memoria repeterem, viſus mihi ſum certum 53
tempus inveniſſe, quo in Italia huiuſmodi Cavalleria initium habere potuerit. Hoc autem cum referri non poſſit ad antiquiſſima tempora, quæ Romanorum Imperium anteceſſerunt, quòd illius antiquitatis vix extet umbra memoriæ, neque ad ipſa Romani Imperij tempora, quibus militaris diſciplina nulla ex parte manca fuit, ſed undique perfecta & abſoluta: accedit eò quòd illis temporibus nunquam inveni-

venitur licuiſſe militibus privatas injurias perſequi, ſuumqúe honorem aliter quàm publicis legibus tueri. Secuta eſt tempeſtas inclinationis Romanorum Imperij, quo demum cadente, atque Italia in barbarorum poteſtatem redacta, apud Italos homines nullum omnino militiæ genus erat. Quin etiam oppreſſis Longobardis, qui ultimi barbarorum in Italia dominati ſunt, adhuc Itali ab armis ferendis, quibus tot ſeculis caruerant, deſuefacti quieſcebant. Quòd ſi reguli, & turanni, de quibus ſupra locuti ſumus, ac civitates inter ſe, aut cũ barbaris bellum gerere vellent, externum militem conducere opus erat, quod recte, ac ſcite reprehendit Thuſcus Poëta, ubi ait: *Platina in vita Boniſacij. Blondus lib. x. Sabellicus enne. 9. lib. 9. Suppl. chronic. l. 14.*

Che fan qui tante pellegrine ſpade?

Donec Albricus Balbianus Cunij (ut nunc loquimur) Comes Bonifacio Nono Pontifice, eo ferè modo, qui ſupra ex Ariſtotele ſcriptus eſt, ex diverſis Italiæ locis ad duodecim millia, Italorum equitum in unam alam coëgit: qua externos omnes nempe Teutones, Gallos, Britones, & Anglos ad equitum numero quadraginta millia, qui ſpecie mercanariæ militiæ Italiam diripiebant, & vaſtabant, vi profligavit, & Italiæ finibus expulit. Ad hunc Italos ad arma, libertatemqúe revocantem, cum militaris diſciplinę ignari eſſent, idcirco maiori ex parte equites concurrebant: ipſe Sancti Georgij vexillum extollens, eam S. Georgij militiam, &

ſocietatem appellavit: quòd ſanctus vir ille, eques fuiſſe diceretur. Sic enim eius Divi auſpiciis collecti equites Itali, nunquàm ſe terga externo hoſti daturos juraverant. Ex Albrici autem ductu, & contubernio quaſi è ſchola quadam, atque ex ea ſocietate complures audaciſſimi duces prodiêre, qui poſt illum cum reliquis militibus in duas factiones diviſi ſunt, quorum alteri Brachiani, Sfortiani alteri dicebantur. Hi pulſis ex Italia militibus externis, pulcherimum factum avaritia, & omni tyrannico ſcelere maculantes, multis annis Italiæ civitates & Regulos vexârunt, & concuſſerunt: nam cum ipſi neque certam patriam, neque Remp. pro qua dimicarent, neque leges haberẽt, quas ſervarent, tota Italia vagantes, aliis bella gerentibus venali fide mercenariam operam præbebant, & plerunque, ne ſtipendia deficerent, bella, ubi non eſſent, ſuis artificiis ſerebant, aut civitates de ſe nihil malè meritas, vexationem, aut hybernorum impudentes poſtulationes pecunia redimere cogebãt. Ita divi Geor. milites pulſis externis militibus, et armorũ uſu recuperato, univerſam Italiam jiſdẽ incõmodis, quibus eam levaſſe videbantur, aut etiã maioribus affecerunt. Erant enim non militaria caſtra, ſed prædonum conventicula, non juſta bella, ſed aperta latrocinia. Hæc noſtra eſt opinio de de origine celeberrimæ Cavalleriæ, cuius inſtitutis ex legis huius duelli, ac ſolo leviſſimorum hominum arbitrio nixi, quod forte antea, ſed

omnino

Digitized by Google

omnino poſt oppreſſos Lōgobardos introduci cœperat, uſus videtur eſſe confirmatus, cum ex eius falſa auctoritate, iſta nūc inſania pendeat. Quæ ſi vera eſt opinio, mirari nemo debet, ſi apud eiuſmodi viros duelli uſus fuit receptus, cum exleges eſſent, &, ut ait Homerus, Iure tribuque, domoque carentes, Nec haberent magiſtratus, à quibus ſuas injurias vindicare poſtularent, nec eſſent ipſi animi magnitudine, aut aliis virtutibus præditi, ut injuriarum obliviſci glorioſum ſibi eſſe putarent: itaque falsò noſtrates viri docti tantam iſti cavalleriæ tribuunt auctoritatem. Nā ſi antiquitatem auctoritatis matrem requiras, res eſt recentiſſima, nempe intra CLXXX. annos nata, ſi temporis conditionem, omnium fœdiſſimo ſeculo exorta; ſi auctores, habet illos rei militaris rudes, & imperitos, latrociniorum verò & aliorum ſcelerum ſolertiſſimos artifices. Quòd ſi qui meam hanc opinionem improbare voluerint, non repugnabo, ſi certam ipſi, aut veriſimiliorem protulerint, aut ſaltem hanc à veritate alienam eſſe oſtenderint, quod niſi fecerint, non puto me juſtè reprehendi poſſe, ſi in ſententia permanſero. Ne quis autem putet falſo me illis latronum, & ſceleſtorum nomina indidiſſe, præter alios ſupra citatos, habeo auctorem Divum Antoninum Florentinorum Archiepiſcopum, qui non multo poſt tempora illa vixit. Scribit enim eam alam, quam ipſi ſpecioſo nomine

Iliad. lib. 9.

Ariſt. pol. l. 1.

In Cronicis 3. part. tit. 22 cap. 3. §. 18. & ſeq.

mine equitum Sancti Georgij adornabant, ab aliis latronum ſocietatem appellatam fuiſſe, quòd eſſent inter eos exulum, latronum, & facinoroſorum hominum permagnæ catervæ: quinetiam ſigillatim deſcribit quot aureorum millia illi à Florentinis, Piſanis, Senenſibus, & Lucenſibus, agrorum vaſtatione, aliiſque vexationibus, & minis extorſerint, & alia pleraque eorum maleficia, quæ vel ipſorum nominum ſonus penè teſtatur: nam eius ſocietatis principes & duces erant Sfortia, Braccius, Beordus, CecchoLinus, Brolia, Tartalia, Moſtarda, & ſimilia mõſtra, nõinaque pluſquàm tragica.]

Sequitur ut antequàm propoſita argumenta confutare aggrediar, errorem coarguam, & detegam, qui tantis iſtos tenebris involuit, cum ignari legum, quod inexploratum erat, & falſum, pro certo, & vero ſumerent, ac proponerent, leges videlicet, ac magiſtratus non proſpicere honori hominis injuriam paſſi, nec permittere, ut quiſque ſuapte virtute ſuas injurias ulciſcatur: error nimirum communis, in quem ferè omnes inducuntur, qui res quas ignorant, tractare temerè, atque illotis (quod aiunt) manibus aggrediuntur. Quemadmodum vero lege id agere liceat, dicam infra, poſtquam declaravero quo ordine, quaúe moderatione Chriſtiana Religio, moralis philoſophia, & illuſtrium virorum exempla, probos & pios injurias vindicare, aut condonare doceant.

Sed

Sed interim quærendũ videtur quot modis honos, tũ eius qui infert injuriã, tũ eius qui injuriã accipit, minui poſſit. Hac enim in re nõ mediocris iſtorũ, qui duello patrocinãtur, error fecit, ut in abſurdiſſimas conſequentias laberentur. Omnis igitur injuria fit aut verbo, aut facto, eaq; aut præſenti, aut abſenti. Si verbo vel B. Thom. 2. 2. q. 73. art. 1.
5 ſcripto fiat, contũelia dicitur: q̃ ſi jaciatur in abſenté, à Theologis detractio appellatur: ſin præſenti imponatur, contumelia dicitur, & ſpecies generis nomen retinet: facto autem fit injuria aut occulte, ut furto, ut pulſatione corporis, ſicariorum, & proditorum more, aliis úe quibuscunque dolis, & inſidiis: aut apertè, ut rapina,
6 pulſatione, & quacunque alia huiusmodi violentia palàm oblata. Per occultas, clandeſtinas, doloſas & malitioſas injurias, nihil detrahi de honore eius, qui ignominiis, & inſidiis appetitus eſt, ac læſus, omnes etiam, qui duello patrocinantur, concedunt, fatenturqúe hominem ita violatum, & offenſum nullo huiuſmodi premi onere, propter quod eum oporteat honorem ſuum repoſcere, ac ad pugnam inſidiatorem provocare: contra potius eum, qui per inſidias læſit, omni gradu honoris excidere, atque ut inprobum, & deteſtabilem notari, ac vituperari. Ego vero eàdem ratione, quam etiam duelli ſcriptores ſequuntur, affirmo, idem multo magis ſentiendum, dicendumque eſſe de jis injuriis, quæ verbo, vel ſcripto abſentibus inferuntur.

ram, &, ut ſic dicam, apertâ fronte fiunt, ſe-
itur, ut in his tantum cauſis duello poſſit eſſe
:us, ſi modo verum eſt honoris causâ duel-
n eſſe permittendum. Sed neque in his o-
nibus locus poteſt eſſe duello, niſi uterque
i infert injuriam, & qui accipit, pari ſint
nditione earum rerum, quibus vis affertur,
repellitur: nam ſi armatus inermi, comita-
ſoli, expeditus impedito vim faciat, eâdem
ione dicemus hominis violati honorem
n minui; quoniam is, qui armis, comitum
ege, et alia quavis conditione ſuperior, unum
quem ſolum, imparatum, aliqua denique
nditione inferiorem aggreditur, & lædit, vi-
tur eum vereri, non parvipendere, nam ſi
rvipen diſſet, vel veritus non eſſet, ſolus in
um quotidiano more armatus, nulla melio-
conditione quæſita invaſiſſet. Illæ quoque
lentur injuriæ inter occultas, et clandeſtinas,
doloſas numerandæ, quæ liberis, parenti-
s, uxori, famulis, aliiſque qui ad nos perti-
nt, nobis curæ ſunt, & à nobis pendent, infe-
ıtur clam nobis, aut cum ipſi abſumus: quo-
ım illarum auctores quoque dici non poſ-
ıt parvipendere, ſed potiùs vereri eos, qui-
s abſentibus, vel clam, aliqua cum ipſis neceſ-
ıdine conjunctos violarunt.
Hic alia quoque ratio locum habere poteſt,
nbecillioribus vis afferatur, cum turpe, ac
uperabile, ſit imbecillos quavis injuria vexa-
re,

re. Tales igitur injuræ, cum honorem non læ- 58
dant, videamus quo ſint pacto ferendæ, aut
vindicandæ: nam cum vis affertur improviſa,
& repentina, injuriam à nobis propulſare non
poſſumus, neque à noſtris, cum abſumus, quam
non niſi poſt factum cognoſcimus, itaque vel
ferenda eſt, vel vindicanda. De animi æquitate
& patientia, ſeu verbo, ſeu facto injuria fiat, ex
ſacris libris, & morali philoſophia, præcepta,
conſiliaque, & ex omnibus literarum monu-
mentis illuſtrium virorum exempla nobis faci-
Pſal.10. lè ſuppeditantur. Inquit enim Rex David: Qui
inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates,
& dolos tota die meditabantur? ego autem
tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus
Proverb. 26 non aperiens os ſuum. Et Salomon. Ne reſpon-
deas ſtulto iuxta ſtultitiam eius, ne illi ſimilis fi-
Matth.5. as. Chriſtus vero Servator noſter: Ego dico
vobis, nolite reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſe-
rit te in dextram maxillam, præbe ei & alte-
Ad Roman. ram. Et Divus Paulus. Non reddentes malum
In Mathe. pro malo. Et Divus Chryſoſtomus. In propriis
injuriis eſſe quempiam patientem laudabile eſt.
Ipſe quoque Ariſtoteles, æqui & probi viri pro-
Rhet.1.c.13. prium eſſe ait, acceptam injuriam patienter fer-
re, non ad ulciſcendum ſeparare, non impetum
facere in injuriæ auctorem, ſed æquo animo
improbitatem ipſius tolerare. Ariſtides, cùm 59
improbus quidam os ei ſputo coinquinâſſet, ri-
ſit hominis improbitatem, ac ſatis habuit dice-
re,

Digitized by Google

magiſtratui; qui adſtabat;admonendum il-
n eſſe,ne poſt id ſimile aliquid faceret. Adri-
us Imperator ſervum, qui in ſe armatus irru-
et, data venia curari juſſit, quod eſſet furio-
s. Auguſtus cum multorum maledictis ve-
retur, ſatis habuit reſpondere, in libera civi-
te etiam linguas eſſe liberas oportere. Cato
dam petenti veniam, à quo fuiſſet per impru-
ntiam percuſſus, atqui, reſpondit, nunquam
me, quod meminerim, percuſſiſti. C. Iulius
æſar nihil æque, ac ſibi illatas injurias oblivi-
batur. Lycurgus, qui leges Lacedæmoniis
dit; non modo æquo animo tulit oculi cœci-
tem ab Alcandro temerario adoleſcente ſibi
atam, ſed ipſum injuriæ auctorem ad ſuppli-
i ſibi deditum, benigne clementerque apud
tandiu habuit, quoad longa conſuetudine ex
iprobiſſimo factus eſt omnium frugaliſſi-
is. Pericles Athenienſium princeps tulit pa-
nter per integrum diem in publico convitia-
tem temerarium, & inſolentem, nec, cum
ſperi ſe domum reciperet à ſe repulit, adhuc
aledictis inſectantem: poſtremo ubi in pri-
o domus limine conſtitit, ad ſervum conver-
, ito, inquit, & hunc civem domum redu-
o. Itaque horum virorum judicio (niſi ego
lor) nulla contumeliosior eſſe poteſt ultio,
àm eum qui læſerit indignum judicare, quē
iſcaris. Divus Chriſtophorus Martyr, à Sa-
orum præfecto percuſſus colapho, repercu-

tere

npune facta erit. Secunda qualitas in tempo- ff. ad l. aqui.
e, atque occaſione ſpectatur, cum ſcilicet ea Anan. in c. ſi
ropulſatio, atque defenſio ſtatim fit, & conti- perfodiens
enter rixa non intermiſſa: alioquin ex inter- col. ſi. de ho-
allo temporis non erit amplius defenſio, ſed micid. Bart.
n nomen ultionis, quæ privatis eſt prohibita, Veron. caut.
anſibit. Et quamvis id continuo factum eſſe 29. l. 3. §.
itelligatur, quod perficitur in primo congreſ- eum qui ff.
, antequam ad alias actiones divertatur, ta- de vi & vi
ien ſi dilationem interponi contingat non arm.
nbecillitate animi, & ignavia, ſed propter vim l. quòd aūt
ultorum, ac magnam impreſſionem, etiam lex §. ſi. ff, ad
im appetiti hominis iuſto dolori lex veniam l. Iul. de
at, & indulget. Quapropter acutiſſimus Iu- adul.
econſultus Ioannes Faber eam Sententiam In §. ius gen-
omprobat: nam ſi quis potens, & factioſus tium Inſtit.
ultis armatis ſtipatus, pauperi ſine comitatu de iure nat.
icedenti certam mortem minitetur, & eum gen & civ.
l certamen provocans manum gladio admo-
ere iubeat: pauper verò videns adverſus tot
omines nullum eſſe defenſioni locum, & ſe
ciſum iri, ſi invadentis impetum expectet,
excipiat, nec ſe poſſe catervam comitum a-
e, quam circum ſe ſemper habeat; ut inimi-
poſſit occurrere, & eius impetum ſuſtinere,
portuno loco obſervato, & idoneo tempore
pto, potentem inimicum interficiat: homi-
lii reus, Fabri iudicio, nō erit, nam cum ſem-
r in periculo verſetur, quoniam potens ille,
od eſt minatus, facilè perficere poteſt, quic-

quid

Digitized by Google

d l. ſed ſi quencunque clem. paſtoralis de re iud.
Ilia. I.
Ariſt. Rhe. 2.
L. 1. C. un. ui. ubi gl. et Do.
Ioh. Faber ubi ſupra.

quid facit pauper, metu mortis, & defenſionis cauſa facere videtur: etenim minantis ira præſertim viri præpotentis, periculum mortis indicat imminere, quoniã, ut Homerus de Regibus loquens ait. Eatenus iracundiam retinent, quoad ulciſcantur. Cui per ſimile eſt illud Salomonis dictum. Ira regis, ut fremitus Leonum. Qua propter is, cui tale periculum impedet, omni tempore, atque omni via, & modo ſe defendere poteſt, adeo ut etiam ſi veneno necẽ potenti paret, neque ſceleris conſcientia prematur, neque cædis nomine iudicium capitis ſubeat, vel (ut vulgo loquimur) neq; in foro cõſcientiæ, neq; in foro iudicii pauper homicidii teeatur. Tertia ratio moderatæ defẽſionis, poſita eſt in proportione (ut ita dicã) defenſionis ad offenſionem, id eſt in æqua detrimenti, vel incommodi dati, & accepti compenſatione, cum par pari redditur, nec plus mali refertur, quàm accipiatur: nam ſi quis te pugno, aut calce petat, eum gladio ferire non licet; ſed hoc totum ad arbitrium iudicis refertur, qui tum ex ipſo facto, tum ex perſonis coniecturam faciens, fuerit ne defenſio extra modũ progreſſa, iudicabit: ita tamen, ut in perſonis magis conſideranda ſit manuum prompitudo, & ſcelerum uſus, quàm nobilitas, & divitiæ. Quid enim ſi pauper, atque ignobilis miles, viribus pollens, & facinorum exercitatione aſſuefactus, nobilem ac divitem civem armis parum

aſſue-

ſuetum, & fortè viribus imparem aggredia-
ır? nonne quicquid fecerit civis, id eum de-
nſionis juſtę, ac neceſſariæ causâ feciſſe, bonus
:dex arbitrabitur? Quarta ratio eſt, ſi armis ap-
etitus non poſſit aliter, quàm reſiſtendo, et de-
ndendo ex periculo evadere. Hoc quanquam
a ſe habet, legumlatoribus tamen tantæ curæ
on ſolum vita privatorum fuit, ſed etiam ho-
os, ut, ubi fuga telis appetito dedecus aſſerret,
:opter quam in vituperationem incideret, le-
bus non jubeatur fugere, etiam ſi maximè
oſſet fugâ ſibi ſalutem comparare: quòd ſi re-
tens ſe defendendo invadentem, vel inſidia-
rem occidat: homicidii reus non eſt; quòd
ıria ſint apud viros laudabiles, & abſolutè, id-
t omninò recedere non poſſe, & ſine dedecò-
non poſſe; cum & vitam conſervare, & fa-
am retinere paria judicentur, & honor om-
bus pecuniis, & fortunæ commodis ſit præ-
ɾendus. His illud additur, ſi telo appetitus de-
nſionis modum excedat, impetumq; facien-
m occidat, non eſſe quidem illi impunè, levi-
em tamen pœnam perſolvendam eſſe, quòd
lpâ, non dolo factum ſit, quoniam difficilli-
ım ſit juſtum dolorem temperare, nec poſſit
: moderatus tanquam ſtateram in manus ge-
ns, ictus ad certam librare menſuram. Præte-
ı, quia plerunque difficilè eſt probare defen-
nis causâ factum eſſe; communis eſt docto-
m ſentétia, probato duntaxat impetu, quic-

Cyn. & Bal. in l. 1. C. unde ui. Zenzellinus, & Ancha. in clem. 1. de homicid.

L. in eadem. ff. ex quib. ca. ma. l. iuſta. ff. de manu. vind. l. Iulianus. ff ſi quis omiſſa ca. teſtam. Bal. in d l. ut vim. & Ioh. Fab. ubi ſupra. l. ſi adult. §. Imp. ff. ad l. Iul. de adul. Bart.

E quid

Veron. conſ. 1. Anch. ubi ſupra.

Abb. & Feli. in c. auditis de præſcr. p. Alex. in l. nõ ſolũ §. ſcien. ff. de op. no. nunci. Sozi. in l. 1. col. x. de vulg. & pupil.

quid in rixa confeſtim, nulloque intervallo fecerit is, in quem impetus eſt factus, invadentem in ſe propulſando, et feriendo, judicandum eſſe ab eo factum, ut ſe, caput ſuum, ac vitam defenderet: Imo non probato etiam impetu in ſe facto, ſi quis confiteatur hominem occidiſſe, idque defenſionis ſuæ cauſa feciſſe, niſi aliunde de mendacio convincatur, ex ea confeſſione, ut homicida, mortis naturalis pœna damnari non poteſt, ſed relegationis, aut alia mitiori pœna eſt puniendus. Quid? quod idem defendendi modus permittitur, etiamſi non agatur de hominis appetiti ſeu vexati capite vel vita, ſed de pecunia tantum, dicentibus Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus rectè poſſidenti ad defendendum poſſeſſionem, quam ſine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione, illatam vim propulſare licet.

Paul. Caſtr. con. 35. alſ. eſt 399. l. 1. Bal. in aut. ſed omnio col. 1. C. Ne uxor pro marito.

Atque etiam ubi Princeps, vel magiſtratus aditus propter imbecillitatem virium, à ſumenda de injurioſo vindicta ſe excuſat, permittunt leges ut quoquo pacto unuſquiſque ſibi ipſi jus dicat, & faciat. Quò vero ad alteram ſpeciem provenientem ex ignava tolerantia, cum populi opinione dedecori eſſe exiſtimetur, ſpectato viro injuriam diſſimulando aut ferendo, impunitam inultamq; relinquere: Inſtitutæ ſunt injuriarum privatæ, & ſecundum ſingula crimina, publicæ in injurioſos actiones, quibus ſuas quiſque injurias perſequi, & lege agendo, non

ſolum

ſolum de inimico per magiſtratum debitas pœnas ſumere, ſed etiam honori melius, quàm per duellum conſulere poteſt: nam per duellum non probatur ipſius rei veritas, ſed (quemadmodum antea dictum eſt) ſolummodo quis fuerit victor, quis victus apparet: per leges verò, & magiſtratus ſententiam, res ipſa declaratur, atque ita declaratur, ut is, contra quem ſit prolata ſententia, pro qualitate delicti, ultra alias pœnas remaneat infamis, ſcilicet accuſatus, ut eius, de quo accuſatus eſt, delicti reus; accuſator verò, qui obiectum alteri crimen non probaverit, ut calumniator. Talis autem infamia non ſequitur abſolutè eum qui duello victus eſt, niſi in alio peccaverit, quàm quòd contigerit eum vinci. Et exiſtunt adhuc ſcioli, qui dicere, atq; impreſſis libris affirmare audeant, leges honori privatorum non proſpicere? Itaque hoc pacto nullus honoris causâ locus duello relinquitur, quoniam, ut ſupra dictum eſt, nõ minuitur honos, neque in diſcrimen venit, niſi cum palàm in ore atque in oculis, pariq; rerum, & adiumentorum conditione, infertur iniuria (vulgo ſenza ſuperchiaria) quo eventu ſive caſu; neuter habet, ſeu vincat, ſeu vincatur, iuſtam poſcendi duelli occaſionem: quoniam, victoris honor ſalvus eſt; victus autem quoniam æquo Marte congreſſus fuit, nec iure queri poteſt, nec ad duellum provocare.

64 Hic, ut video, tali argumento nonnulli con-

tra me inſurgentes. Eſto, inquiunt, non poſſit iuſtam ad ineundum duellum querelam comminiſci is, qui æquis armorum, aliarumque rerum huiuſmodi conditionibus appetitus, & pulſatus eſt; etiam ſi maximè tunc de honore eius ſit detractum, cum niſi de ignavia, vel imbecillitate ſua, vel fortuna conqueri nequeat: de aliis verò contumeliis, & iniuriis quòd his honorem lædi negas, & vindicationis cauſa magiſtratum adeundum, ac lege agendum eſſe ſtatuis, id eſt à veritate alienum: quoniam aiunt illi (quod ego quoque antea dixi) auctore Ariſtotele, contumelias tolerare, & propinquos malé acceptos negligere, ſervile eſſe ducitur: & eodem auctore, laudabilius videtur pœnas de inimicis ſumere, quam iiſdem reconciliari; quòd malum pro malo retribuere iuſtum videatur: iuſtum vero honeſtum eſt. Viri præterea fortis eſt tum non inferiorem eſſe, tum invictũ manere: Quapropter Socrates negabat ſe velle ad Archelaum Macedonum Regem, à quo magnis præmiis invitabatur ire. Ignominiam, inquiens, æque eſſe ei, qui beneficio affectus non poteſt parem gratiam referre, ac ei, qui malo affectus, ſuam vicem ulciſci non valet. Sic videtur, Socrate & Ariſtotele teſtibus, affirmari poſſe, ex omnibus communiter, & promiſcuè contumeliis atque iniuriis lædi honorem eius, qui eas tolerando inultas eſſe patitur: læſo autem honore (ſubiunguntilli) non decet equitem,

Eth.l.4.c.5.
Rhet.1 c.9.
Ariſt.Rhe.2.

Digitized by Google

tem, ſeu cavallerium, neque etiam ſecundum equeſtris militiæ, ſeu potius cavalleriæ inſtituta, licet ei iniuriæ acceptæ vindicationem à magiſtratu per leges quærere, aut honori ſuo aliter, quàm propriâ virtute, proprioque robore conſulere adverſus eum, qui alterum contemnendo viſus eſt virtutis, & roboris eius, quem contempſit, periculum facere voluiſſe. Hoc argumentum, ut eſt frivolum, & rationis fundamẽto carens, nullo negotio diluitur: nam, & ſi timidi ac ſervilis animi eſſe videatur contumelias tolerare; non continuò ſequitur, ut omnis iniuria dici poſſit contumelia, ex qua honor lædatur, ſed (ut etiam Ariſtotelis verba ſignificãt) ignava ſolum ac ſocordi illa tolerantia, & negligentia vindicationis honor lædi poteſt. Ipſam autem vindicationem per magiſtratus, & leges honorificè obtineri non poſſe, nuſquam tradidit Ariſtoteles; nec ullus unquam vir ſapiens, & fortis, præter iſtos novos equites, ſive cavallerios, dixiſſe legitur: quinimò & Romani, & Græci, & Perſæ, omnium denique benè inſtitutarum Civitatum, & gentium egregii milites, Duces, & Imperatores, eam decoram ſibi, atq; honeſtam viam, & rationem ulciſcendæ iniuriæ ſemper exiſtimârunt, quæ ſecundum leges opẽ magiſtratuum inimicos & iniurioſos, ad perſolvendas pœnas vocaret. Itaque, ut omnes omnium gentium leges omittamus, quas iſti comprobatores duelli videntur nihili facere,

citemus eundem Ariſtotelem, qui hoc idem affirmat, ita ut toto ferè quinto Ethicorum libro nihil aliud agat: capite verò eius libri quarto in hanc propè ſententiam loquitur. Ad ſolam nocumenti differentiam lex ſpectat, perindeq́ue perſonis utitur, ac ſi æquales ſint: ſi ille iniuria afficiat, ille afficiatur: hic lædat, ille lædatur. Quare iniuriam hanc, cum ſit iniqua, æquare iudex conatur; nam cum hic percuſſus eſt, ille percuſſit: hic interfecit, ille autem interiit: paſſio, & actio in partes non æquas diviſa eſt: ſed de lucro detrahens iudex, & damnum compenſans, redigere ad æqualitatem eas conatur: Dicuntur enim hæc abſolute loquendo de talibus etiam rebus: licet nonnullis minimè idoneum nomen eſſe videatur, ut lucrum ei, qui percuſſit, damnum ei, qui percuſſus eſt, accommodari poſſit; ſed ubi tamen perpeſſioni fuerit adhibita menſura, hoc damnum, illud lucrum vocatur: quare æquum, pluris, & paucioris, mediũ eſt: lucrum autem, & damnum eſt plus, & minus, contrario tamen modo: plus enim boni, & minus mali eſt lucrum: contrarium vero damnum: quorum quidem medium æquum eſt, quod ius eſſe dicimus. Ius igitur emendativum lucri & damni, medium eſt: unde etiam, cum altercantur homines, ad iudicem confugiunt: ad iudicem autem ire, eſt ire ad ius ipſum, quippe cum iudex nihil aliud ſit, quàm ius quoddam animatum, & quæ ſequuntur: infra etiam poſitis Heſiodi verſibus illis.

Si quæ quis faciens, eadem patiatur & ipſe,
Iudicium rectum fuerit, vindictaq́; recta.

Subjungit tum civitatem conſervari, cum retributio fit, ut comparatio poſtulat rationum: *Edo. li. c. 5.*
nam homines, inquit, aut reddere malum quærunt, quod ni faciant, ſervitus eſſe videtur; aut retribui ſibi bonum, quod niſi fiat, actus dandi, beneficiumq́ue non fit: at civitas his conſervatur. Idem alibi Tarentini Archytæ dictum ſecutus, admittit comparationem aræ, & judicis, eo quòd ad utrunque confugiant, qui afficiuntur injuria. Citemus inſuper ipſum Ariſtotelis magiſtrum Platonem, qui non ſolum pro ſuæ, *Rhet. 3.*
ſed etiam pro alienæ injuriæ vindicatione magiſtratum adire, atque illi adeſſe, & opitulari ſummoperè laudabile eſſe affirmat, ubi ait: Honorandus certè eſt, injuriam qui non facit: qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, immo etiam magis eſt honorandus: ille enim uni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus cæterorum injuriam nuntiet. Qui autem unà etiam cum magiſtratibus injuriam, *De leg. dial.*
quoad poteſt, ulciſcitur, is magnus, perfectusq́; in civitate vir præconio prædicetur: nam virtute cunctis excellet.

56 Ex his autem, quæ ante diximus, & retulimus, patet, eorum, qui injurias patiuntur, quod ad earum vindicationem pertinet, eſſe multa genera. Quidam enim, & ſi poſſunt ſtrenuè ulciſci, quadam tamen bonitatis, virtutis, & reli-

Digitized by Google

gionis præſtantia, libenti, mitique animo inimicis injurias condonant, & ultionem remittunt. Id quod ſacri libri faciendum eſſe in primis docent: ſcriptum eſt enim. Ne quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Illud item. Mihi vindicationem, & ego retribuam. Et alibi. Ego dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite jis qui oderunt vos. Quidam autem, & ſi fortè odium remittunt, aut etiam retinent, tamen, cum non ſit eorum ita ſplendida, aut generoſa virtus, ne videantur ignavo, & ſervili animo eſſe, ſive quòd injuriam ulciſci videatur eſſe jucundum, quod cui nō contigit acerbum eſt, vindicationem omninò expetunt: ſed illam quidem juſtam, & ſecundum leges, ut probos decet cives, legibus obtēperantes. Tertio loco ſunt ij, qui tametſi vindicationem ſummoperè vellent, attamen adverſariorum metu deterriti, vel ignavia propria impediti, non autem virtutis, aut bonitatis gratia quieſcunt. Poſtremò ſunt inquieti, & turbulenti quidam (ut ſic dicam) Legirupæ, qui neque condonare injurias volunt, neque per leges vindicare, ſed per ſe ipſi, ſuaque temeritate, & arrogantia ultionem aggrediuntur; inter quos ſunt ji, dè quibus loquimur, duelli ſectatores. Hæc genera quamobrem ita varie ſe gerant, aperta ratio eſt: nam fortis, & magnanimi viri, atque etiam pietate, præſertim Christiana, præditi proprium eſt; ſi quid in ſe commiſſum fuerit,

Deut. 32. *Matth. 5.* *Lucæ. 6.* *Ariſt. Rhet. 1. cap. 9.*

rit, maxime ſi facultas ulciſcendi non deſit, ignoſcere, atque injuriarum prorſus obliviſci, quales fuiſſe, atque ut feciſſe C. Iulium Cæſarẽ, & alios, quorum exempla ſupra retuli, nemo niſi fatuus negaret. Iuſti vero eſſe, & ſecundum civilem, aut mundanam juſtitiam facere dicuntur, qui ſecundo in gradu ſunt collocati, at tertii ſerviles, & animi puſilli; quarto autem loco numerati cum ſint multorum generum, omiſſis aliis ad inſtitutum negotium pertinere videtur, ut conſideremus, qua ratione tueri ſuam cauſam poſſint duelli comprobatores, & aſſeclæ. Ne-
67 mo ignorat id, quod iſti paſſim jactant, equeſtris videlicet militiæ, ſive cavalleriæ uſum, & inſtitutum jubere, vel potiùs cogere, ut generoſus miles acceptas iniurias pertinaciſſime perſequatur; donec inimicus non communibus quidem legibus, ſed armis, & duello potiſſimũ victus ſuccumbat. Sed qua ratione id inſtitutum conſiſtere poſſit, nemo, quod ego quidem, qui hæc curioſiùs conquiſivi, videre potuerim, adhuc tradidit; neque nunquam, cum res ſit rectæ rationi contraria, & adverſa, in poſterum tradetur. Nam quod nonnulli aiunt, iniurias condonare, atque obliviſci à militari virtute alienum eſſe, eiuſque laudi obſtare, & officere, ſine dubio abſurdiſſimum eſt: nempe cum militaris virtus fortitudinis, & magni animi ratione definiatur: & viri fortis magniqúe animi proprium ſit, inimicis parcere: niſi credunt, iſt-

os, nimio duelli amore deſipientes, homines certe leves, ne dicam nebulones, C. Iulio Cæſari, Catoni, Pericli, aliisqúe præſtantiſſimis Imperatoribus, de quibus ante dixi, militari virtute] præſtare. Videre videor nonnullos duelli comprobatores, & aſſeclas, qui cum primùm hæc legerint, me exſibilabunt, & dicent, has eſſe argutias vanas, & ridiculas, philoſophorum, & Iuriſconſultorum ſcholis potiùs, quàm militari diſciplina, atque adeò illo ſuo cavallereſco ordine dignas, & quæ nihil valeant contra receptam fortium hominum, atque inveteratam opinionem, quæ, ubi agitur de honore, plurimum valet, cum honor ipſe in hominum opinione, iudicio, ſermonibuſque ſit collocatus. Ego verò inſtituti mei memor, eorum ſibila ridebo, cum ſciam imperitorum hominum opinionem, ut poſſit fortaſsè nebulam quandam offundere veritati, eius certe vim tollere, & ſplendorem penitus extinguere non poſſe, & veri honoris fundamentum poſitum eſſe in virtute: qua ſublata, ſi quid ſecus homines exiſtiment, error id appellari debet, non opinio, ac multò minùs iudicium. Quoniam igitur iniurias condonare, viri fortis & magnanimi, aut etiam illas ſecundum leges perſequi iuſti civis officium eſſe omnes boni, & ſapientes, omnibus ſeculis exiſtimaverunt, atque hodiè exiſtimant: illud ego iterum ac ſæpius affirmo, nihil obſtare, quo minùs idem bonus miles, vel (ut iſto-

iſtorũ more loquar)honoratus cavallerius eſſe poſſit ,& acceptas injurias, quas ulciſcendi facultas adſit, condonare, vel etiam illarum vindicationem per leges à magiſtratu petere. Cur igitur (dixerit aliquis) tantoperè convaluit ea
68 inter noſtrates milites opinio, inter quos negari non poteſt quin multi & boni viri, et prudentes habeantur, ut apud eos timori ac ignaviæ tribuatur, ſi quis injurias æquo animo ferat, aut illarũ ultioné aliundè, quàm à propria virtute, propriiſq; manibus expetat? nam hercule tam invetertam, ac penitus inſitam militibus opinioné, rationé prorſus carere, & vanã eſſe dicere, nihil habet probabilitatis. Huic ego libenti animo reſpondebo; Duelli auctores, & comprobatores, ſive ex Albrici Balbiani ſchola, ut ante coniiciebam, prodierint, ſive alii quicunq; fuerint, oportuiſſe homines iniuſtos eſſe, legum contemptores, atque aliis ſceleribus contaminatos, & ut inquit ille, nulla virtute redemptos: alioquin inventorés non fuiſſent tantæ immanitatis, quæ divinis, naturalibus, et humanis legibus, omniumquè fortium militum, & Imperatorum, ac bonorum, & prudentium virorum laudatiſſimis moribus, & exemplis adverſatur. Tales igitur cum eſſent illi, & audaces præterea, manuqúe prompti, viam ad iniurias ſuas vindicandas aliam non habebant. Nam cum iniurias condonare tum religioni, & pietati Chriſtianæ, tum etiam illi ſplendidiſſimæ virtuti,

tuti, quæ magnanimitas appellatur, ſit conſentaneum, & illas aliter quàm ſecundum leges, & iudicia perſequi reginæ omnium virtutum iuſtitiæ ſit omninò contrarium; homines, qui ſoliti eſſent innocentes per occaſionem vexare, ſpoliare, interficere, latrocinia, ſacrilegia, & cœtera id genus flagitia committere, ac perpetrare, ſi laceſſiti diſſimulanter iniurias pertuliſſent, aut per leges, & magiſtratus illas eſſent perſecuti; nemo unquam eos cauſa virtutis, aut religionis, à quibus ita eſſent aliéi, potius quàm quòd ultionis difficultatibus deterrerentur, id facere putaviſſet. Itaque ut ſaltem eius ferociæ, quam de induſtriâ præ ſe ferebant, atq; ex arte profitebantur, opinionem apud vulgus retinerent, odium pertinaciter ſaturare cupientes, ultionem contra ius, & fas, ſuo arbitratu ſibi ſumpſerunt, & arrogârunt: demum ut aliquo honeſtatis fuco rem colorarent, hanc duelli deteſtandam immanitatem commenti ſunt, ineptum ſanè, atque oppoſitum eorum intentioni remedium. Nam ſi omnes ji, qui abſentibus, vel ex inſidiis, & aliter quam coràm ac cæteris paribus iniurias inferunt (ut ſuperius eſt abundè probatum) non contemnere, ſed potiùs formidare ſignificant eos, quos iniuriis afficere voluerunt: hinc ſequitur illorum tacita confeſſio, quòd exiſtiment ſe illis quos formidant eſſe imbecilliores: at cum imbecilliori pugnam inire iſti quoque ſuis cavalleriis vituperabile

dicunt

dicunt eſſe, dedecuſquе afferre, non honorem tueri, ideoquе volunt non licere etiam ad Duellum provocare imbecilliores. Ad iniuſtitiam vero, & arrogantiam, propter quas leges ſibi natas non putarent, accedebat conſcientiæ ſtimulus, qui huiuſmodi ſceleſtorum hominum mentes ab adeundis tribunalibus, & magiſtratibus deterrebat: ita ut omnes cogitarent atque intelligerent id, quod fortaſsè Plautinus ſenex neſciebat.

Quàm meticuloſa res ſit ire ad iudicem. *In Moſtell.*

Ex his omnibus (niſi me fallit opinio) jam ſequitur id, quod ante polliticus ſum me probaturum, ut duellum non ſolum non ſit apta via, ratioúe, ſive medium aptum ad conſervandum honorem; ſed potius contra aptum ſit ad demonſtrandum, eum qui ad duellum honoris, aut alicuius probationis cauſa provocat, hominem eſſe nullo honore dignum: nempe ſcelerũ conſcientia ſtimulatum, ita ut tribunal, ac iudicem reformidet, religionis denique, omniumque virtutum expertem, qui ſi vel religionis, vel fortitudinis, vel iuſtitiæ partem aliquam in ſe haberet, nec propter ſcelera iudicis conſpectum formidaret, aut id, quod ab orbe condito tot millia illuſtrium militum, Ducum, & Imperatorum honorificè, & magnâ cum laude fecerũt, iniurias ſuas inimicis, pie, fortiter, ac generoſe condonaret, vel ad illarum vindicationem iure ageret, ac lege: non autem ſe nulla neceſſi-

tate

rate premente; honoris ſimul, & vitæ perdendæ periculo committeret : quod cum ferarum beſtiarum magis, quàm hominum ratione præditorum ſit proprium, ab omnibus ſemper prudentibus improbatum fuit, & damnatum. Ita-
Io. Stobæus. que Aratus Sicyonius dux bello clariſſimus, cũ laudaret quiſpiam virum pugnacem, temerarium, & proiectum ad audendum (vulgo deſperatũ) ac propterea in bellis eximium habitum: aliud eſſe dixit plurimi virtutem facere, aliud vitam nihili facere, eaq́ue multum inter ſe differre; appoſite etiam Poëta ille,

Nolo virum, facili redimit qui ſanguine famam,
Martial. l. 1. *Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.* Alius Itẽ.
Nimus Pub. *Crimen relinquit vitæ, qui mortem appetit.*

Conſuetudo autem, qua rem iſtam niti putant, ut quaſi legitima iam toleranda eſſe videatur, quantocunque ſpatio temporis convaluerit, præſtare non poteſt, ut peccare liceat : non enim diluit, aut minuit peccatum conſuetudo peccandi, ſed adauget, tantoq́ue gravius reddit,
quanto ad plures exemplo ſuo pervenit. Inte- 69
rim verò non ignoro, neque inficior, poſt introductam huiuſmodi immanitatem, multos etiã viros illuſtreis, & probos (ut probos appellare populariter ſolemus, qui minimis vitiis urgentur) iniuriæ ulciſcendæ, & ignominiæ oblitterandæ gratiâ, aut etiam laudis, & honoris ſola cupiditate pericula in pace quærentes, in duellum deſcendiſſe : Sed illud etiam probè ſcio,

nemi-

neminem vivere, qui crimine careat. Cum igitur iſte militaris honos, qui prætexitur, iſta exiſtimatio quæ tantæ immanitati prætenditur (ſi vera loqui volumus) plus habeat ambitionis, & oſtentationis, quàm gravitatis, & ponderis: cumq; nemo tam ſit in virtute conſtans, ut non interdum ab ea deflectat, fateri neceſſe eſt id, quod aſſidue docet experientia, *Sepul. lib. 3.* magnos animos cum à recta via diſceſſerint, in hæc duo vitia procliviores eſſe; ut à fortitudine in audaciam prolapſi, laudem affectent immoderate, & injurias pluſquam oportet intoleranter ferant. Itaque cum illuſtrium virorum virtutes, non vitia ſint imitanda, non poteſt prava duelli conſuetudo, tanquam legitima, illorum exemplis comprobari.

70 Quaſi oculis cernere videor adhûc in aliquorum animis reſidere ſcrupulum. cur non ſaltem in jis modis, ſive caſibus locus eſſe duello poſſit, ac debeat; ubi videlicet veri probandi, et diiudicandi facultas alia non detur, quoniam, cum res, aut crimen non probatur, magiſtratus ea de re nihil decernere poteſt, & idcirco reum, qui citatus fuerat, abſolvit: cum etiam dicat lex, non deficere jus, ſed probationem. Sed iſti dicant, obſecro, quo nam in periculo eſſe poſſit honor, ubi factum ita eſt occultum, ut probari nequeat? Quid? Ipſi etiam, qui duellum probant, & defendunt, pro certo non cenſent, ac ſtatuunt, ſi quis acceptæ injuriæ nullum afferẽs,

Ex auct. Bal, de pace tenẽ. verſ. ſed num & quid ille.

& oſtendens indicium, ad duellum provocare alterum velit, eum non eſſe audiendum? quanquam (ut rei ratione carentis fert inconſtantia) ex altera parte dicunt, ubi res teſtibus, aliaqúe legitima via probari poteſt, immo etiam ubi ſolummodò probari cœpta eſt ac tentata, non poſſe amplius ea de re duellum conflari vel cõmitti: quæ repugnantia ſive contrarietas ſignũ patefacit vanitatis, & inſcitiæ iſtorum, qui neſciunt indicia rerum, quæ dantur certa: quanquam per ſe non faciunt omnino fidem, aut plenam probationem, judici tamen aperire viam, qua ex illis in cognitionem veritatis, ſive ad plenam probationem perveniet. Itaq; hoc etiam argumẽto coarguuntur, & duelli, et eius patronorum ineptiæ, qui ita ſe erroribus implicant, ut ſe extricare, atque expedire neſciant: nam ſi duellum non conceditur, ubi factum alio modo probari non poteſt, & omnino opus eſt aliquo indicio, quòd is, qui facti nullũ affert indicium, ſpe duelli præcisâ tanquam calumniator reiicitur: omne autem factum, cuius oſtẽditur indicium, quæſtionibus ex ordine, aliisq; juris adjumentis in judicio probari poteſt; ſequitur, ut nuſquam locus ſit duello. Quod ſi qui ſunt verè fortes, quibus conſcientia ſit pro mille, quod aiunt, teſtibus, & quos propterea pudeat etiam occultas injurias, inultas, et impunitas dimittere; exiſtimantes ea tolerantia, ſive negligentia honorem ſuum minui, perindè ac ſi res

Multa quæ ad hoc, citat Calcan. cõs. 2. num. 32.

ſi res eſſet omnibus nota, hi quoque multa habent remedia. Nam ſi verè ſunt gloriæ amatores, non autem vulgaris auræ vani captatores; habent exemplum ex commentariis Caij Julij Cæſaris, judicio meo aptiſſimũ, quod, quoniam omnibus ducibus, & militibus propoſitum eſſe deberet, ac memoria retineri, operæ pretiũ eſſe exiſtimavi, hîc eius verba deſcribere. Nam cùm abſente Cæſare caſtra, quibus Q. Cicero legatus in Hybernis præerat, à Nerviis oppugnarentur, erant (inquit Cæſar) in eâ legione duo fortiſſimi Centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent; T. Pulfio, & L. Varenus: ij perpetuas controverſias inter ſe habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis de loco ſummis ſimultatibus contẽdebant. Ex his Pulfio, cùm acerrimè ad munitiones pugnaretur, quid dubitas, inquit, Varene, aut quẽ locum probandæ virtutis tuæ expectas? Hic dies de noſtris controverſiis judicabit. Hæc cum dixiſſet, procedit extra munitiones, et quæ pars hoſtium confertiſſima viſa eſt, in eam erumpit: ne Varenus quidem tum vallo ſeſe continet, ſed omnium veritus exiſtimationem ſubſequitur, mediocri ſpatio relicto. Pulfio pilum in hoſtes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem traiicit: quo percuſſo, & exanimato, hunc ſcutis protegunt hoſtes, et in illum univerſi tela coniiciunt, neq; dant regrediendi facultatem; transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in bal- *Cõmen. lib. 5*

teo deſigitur: avertit hic caſus vaginam, & gladium educere conantis dextram moratur manum, impeditumque hoſtes circumſiſtunt: ſuccurrit inimicus illi Varenus, & laboranti ſubvenit: ad hunc ſe cõfeſtim à Pulſione omnis multitudo convertit, illum veruto transfixum arbitrantur. Varenus gladio cominùs rem gerit, atque uno interfecto, reliquos paulum propellit, dum cupidius inſtat, in locum inferiorem dejectus concidit: huic rurſus circunvento fert ſubſidium Pulſio, atque ambo incolumes compluribus interfectis, ſummâ cum laude ſeſe intra munitiones recipiunt: ſic fortuna in contentione, & certamine utrunque verſavit, ut alter alteri inimicus auxilio, ſalutique eſſet; neque dijudicari poſſet, uter utri virtute anteferendus videretur. Hactenùs Cæſar. Nec minùs negotio noſtro quadrare videntur Livii verba, apud quem Ethnicus miles ab legitimo hoſte provocatus, tametſi ſtrenuus ac fortiſſimus erat, cùm nefas ſibi eſſe duceret, cum illo, quòd quondam eius hoſpes fuiſſet, pugnam inire; magis veritus eſt Jovis hoſpitalis iram, quàm detrectatæ pugnæ vulgarem notam: & noſtri iſti duellarii, Chriſtiano baptiſmate abluti, Chriſto Servatore ſacriſque legibus floccipenſis, etiam ultrò leviſſimas quaſque ſectantur occaſiunculas, ut cum commilitonibus, aut civibus, ac plerunq; etiam cum conſanguineis pugnam
Lib. 23. ineant. T. Quintio Criſpino (ut eſt apud Livium)

um) Badius Campanus hoſpes erat, perfamiliari hoſpitio vinctus; creverat conſuetudo, quòd æger Romæ apud Criſpinum Badius, ante defectionem Campanam liberaliter, comiterqúe curatus fuerat. Tum Badius progreſſus antè ſtationes, quæ pro porta ſtabant, evocari Criſpinum juſſit: quod ubi eſt Criſpino nunciatũ, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in diſſidio publicorum fœderum, privati juris, paulum à cæteris proceſſit. Poſtquàm in conſpectum venêre; provoco te, inquit, ad pugnam Criſpine, Badius, conſcendamus equos, ſummotisqúe aliis, uter bello melior ſit, decernamus. Ad ea Criſpinus, nec ſibi, nec illi, ait, hoſtes deeſſe, in quibus virtutem oſtendant: ſe ab eo, etiam ſi in acie occurrat, declinaturum, ne hoſpitali cæde dextrã violet; converſusqúe abibat. Enimuerò ferocius tum Campanus increpare mollitiem, ignaviamqúe, et ſe digna probra in inſontem jacere, hoſpitalem hoſtem appellans, ſimulantemqúe parcere cui ſciat parem ſe non eſſe. Si parũ publicis fœderibus ruptis dirempta ſimul & privata jura eſſe putet, Badium Campanum, T. Quintio Criſpino Rom. palàm omnibus duobus exercitibus audientibus, renuntiare hoſpitium, nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil fœderatum hoſpiti cum hoſte, cuius patriam, ac penates publicos privatosqúe oppugnatũ veniſſet, ſi vir eſſet, congrederetur. Diù cunctan-

tem Criſpinum perpulêre turmales, ne impunè inſultare Campanum pateretur, itaqúe tantum moratus, dum Imperatores conſuleret; permitterent'ne ſibi extra ordinem in provocantem hoſtem pugnare? permiſſu eorum arma cepit, equumqúe conſcendit, & Badium nomine cõpellans, ad pugnam evocavit: nulla mora à Campano facta eſt, infeſtis equis concurrêre. Criſpinus ſupra ſcutum, ſiniſtrum humerum Badio haſta transfixit, ſuperq; delapſum cũ vulnere ex equo deſiliit, ut pedes jacentem conficeret. Badius priusquàm opprimeretur, parma atque equo relicto, ad ſuos aufugit. Criſpinus equum armaque capta, & cruentam cuſpidem inſignis ſpoliis oſtentans, cum magna laude & gratulatione militum ad Coſſ. eſt deductus, laudatusqúe ibi magnificè, & donis donatus. Ex his Julii Cæſaris, & Livii locis habent milites, qui veram fortitudinis laudem aſſequi velint, non autem vanâ oſtentatione popularis auræ muſcas (ut ſic dicam) aucupari, rectam honoris tuendi rationem: habent & ipſi Duces legem, ſecundum quam permittere poſſunt, ut milites ſuam virtutem probent. Habent etiam ad eandem rem exemplum, ſive conſilium Theodorici Gothorum, & Italiæ Regis clariſſimi, atque fortiſſimi; qui barbaris, & Romanis qui in Pannonia eſſent, ita ſcripſit. Illud præterea vos credimus admonendos, ut non in vos, ſed in hoſtem ſævire cupiatis: res parva non

Caſſiod. Ep. lib.3.

vos

vos ducat ad extrema diſcrimina, acquieſcite juſtitiæ, qua mundus lætatur: cur ad monomachiam recurritis, qui venalem judicem non habetis? deponite ferrum, qui non habetis inimicum, peſſimè contra parentes erigitis brachium, pro quibus conſtat glorioſè moriendum: quid opus eſt Homini Lingua, ſi cauſam agat manu armata? aut undè pax eſſe creditur, ſi ſub civilitate pugnetur? imitamini certè Gothos
75 noſtros, qui foris prælia, intus norùnt exercere modeſtiam. Hæc ille. Faceſſant igitur duelli amatores iſti milites glorioſi, nullo alio aptiori nomine appellandi, quàm Thraſónis; qui ſi bonorum, fortiumqúe militum officio fungi vellent, cum hoſte legitimo in bello depugnando, ampliſſimum ſibi honorem magna cum laude ſine ſcelere comparare poſſent: ſed hoſtium vultus formidantes, ferociæ, tamen opinionem apud vulgus retinere cupientes, cum commilitonibus, & civibus, quos oporteret ab hoſtibus defendere, duelli cauſas plerunque frivolas, & ridiculas ambitioſè mendicando pugnare volunt, ſeu velle fingunt: quod quidem (ut hoc quoque aliquando dicam) nihil aliud eſt, quàm magnæ timiditatis indicium, quippe cum fortis viri ſit proprium in repentinis, & præſentibus verſari periculis, quæ autem loco, & tempore longe diſtant; ſeu putantur diſtare, non ſint formidoloſa. Ideoqúe iſti, ut à periculo *Ariſt. Eth. l.* quàm longiſſimé recedant, ſeqúe in tuto collo- *3. cap. 8.*

 cent,

cent, & per ora vulgi interim ferociæ nomine volitent, aliquam injuriæ cauſam commenti, ſi ſunt in caſtris ſub ſole, illinc in urbem ſub umbram ſe recipiunt, amicos conſulunt, divulgant advenisſe ferocem virum, qui ad duellũ inimicum provocare velit: conſcribunt libellos, quibus querelas omnibus adhibitis cautionibus exponentes inimicum provocant, vulgò chartulas appellant, quas in celeberrimis locis proponunt in foro, in plateis, in compitis, in triviis, per vicos, per angiportus, ad omnes viarum flexus, omnibus denique angulis, & columnis affixæ, quoquo te vertas, conſpiciuntur. In his laxa dies conſtituitur, & longum temporis intervallum, huiuſmodi codicillis ultro citroque dandis, & accipiendis, & pluribus reſponſis expectandis, captatis interim per litigioſas verborum diſputationes omnibus latebris, rimis, & occaſionibus elabendi; ita ut ex jis qui cartulas proponunt, vix decimus quiſque ad locum duello conſtitutum deveniat: & qui demùm deveniunt, plerunque introductâ armorum diſputatione, quæ ſæpiùs doloſa, & pudenda comportantur, vel aliis levibus, & frivolis de cauſis, nihil aliud quærunt; quàm diem altercãdo cõſumere, & ſic hoſtem ac ſpectatores ludificari. Et ſunt etiam homines adeò ſtulti, ut putent, propterea quòd die altercationibus cõſumpto certatum non ſit, apud prudentes, & probos ſalvam ſibi eſſe honoris, & virtutis exſti-

ſtimationem, cum ex ea puerili actione nihil aliud, quàm de ineptiis, timiditate, & vanitate
74 præjudicium fieri poſſit. Quòd ſi quis bonus planeqúe fortis miles Pulſioni, Vareno, & Criſpino ſimilis, qui nullo ſcelere contaminatus, virtutis & religionis ſtudioſus, magna, & præclara diſciplinæ militaris, aliarumq; virtutum documéta præbuerit, injuriam à commilitone acceptam nō perſequatur, ſed pro inſita virtute ac pietate toleret, neque tamen interim ab inſtitutâ ratione probatæ vitæ deflectat: erit'ne aliquis, niſi planè ſtultus, qui tàm ſtrenui, fortiſqúe in hoſtes militis tantarum virtutum oblitus, hanc lenitatem qua erga commilitonem uſus eſt, in diverſam partem interpretando, imbellem, aut minùs fortem eum dicere audeat? Non profectò. Quod ſecùs eveniet ijs, quorum anteacta vita latrociniis, adulteriis, civium vexationibus, & homicidiis fuerit contaminata: nam quemadmodùm mendaci verum aliquādo dicenti ab jis non creditur, quibus reliqua ipſius vanitas eſt nota; ſic illius animum nemo probat, ne in rectè quidem facto, qui pravam illius mentem fuerit cæteris in rebus expertus, Ideoqúe meritò ſupra dictum eſt, eos, qui in duellum deſcendunt, indicare ſe nec fortes eſſe milites, nec viros bonos, ſed timidos, ac multis etiam ſceleribus contaminatos.

75 At (inquiunt iſti) quid faciet honeſtus eques, atque adeò honoratus Cavallerius, qui eo non

eſt animo, ut inimico ſecundum religionis præ-
cepta, aut magnanimitatis, fortitudiniſq; exa-
ctam rationem, injurias condonet; ſi magiſtra-
tus, aut Princeps civitatis, quem ille ſupplex
adiit, & imploravit, nolit aut nequeat de injuri-
oſo debitam ſumere pœnam? Iam, ſi hic magi-
ſtratum, & principem adeundo fecit, quod po-
tuit, nemo in eum ignavæ tolerantiæ culpam,
quæ Principis eſt, aut fortunæ, reiicere poterit;
neque eius honor, læſus propterea remanebit,
qui ex ipſa tacita, & ſervili tolerantia (ut ante
dictum eſt) lædi ſolet: nec iniquitas principis ei
præbere poteſt juſtam peccandi, & ad duellum
provocandi occaſionem, cùm ceſſet neceſſaria
ad id cauſa læſi honoris. Ad magiſtratus autem,
& Principis officium ſpectat, vindicare civium
injurias, præſertim eorum fidem imploranti-
um, quod niſi faciat princeps, eſt in culpa: ſive
is, qui injuram intulit, in eius ſit ditione, ac po-
teſtate, ſive ſit externus. Nam quod ad cives, ſi-
ve ſubditos pertinet, nota ſunt remedia judici- 76
orum ſecũdum diverſas actiones inſtitutorum:
quòd vero ad externos pertinet, nota eſt via, ut
amice à magiſtratu, & Principe, cui ſubditus ille
ſit, vindicatio petatur: quòd ſi is tergiverſetur,
cauſa erit legitima oppignorationum, & præ-
das agendi, ſeu (ut nunc loquimur) repréſalia-
rum, vel etiam belli indicendi: Quam ob rem
apud antiquos inſtitutũ fuit jus fœciale, quo res
repetebantur; quibus non redditis, deinde illis

à qui-

à quibus repetitæ, nec redditæ eſſent, bellum rite indicebatur. Ac ne quis exiſtimet ob publicas tantum, non ob privatorum civium injurias bella eſſe gerenda, is audiat Ciceronem ita, dicentem. Maiores noſtri ſæpe mercatoribus, ac naviculatoribus injurioſius tractatis, bella geſſerunt. Et alibi, cum dixiſſet multos cives Rom. fuiſſe à Verre in Latumias conjectos, ac ſupplicio affectos, necatoſq;, ſubjungit: Si quis rex, ſi qua civitas exterarum gentium, ſi qua natio feciſſet aliquid in civem Rom. eiuſmodi, nonne publicè vindicaremus? non bello perſequeremur? poſſemus hanc injuriam, ignominiamqúe Populi Romani, inultam impunitamq; dimittere? quot bella majores noſtros, & quanta ſuſcepiſſe arbitramini, quòd cives Rom. injuria affecti, quòd naviculari retenti, qúod mercatores ſpoliati dicerentur? Quòd etiam ex verbis Dionyſii colligi poteſt, & nos ibi latius explicavimus, ubi de cauſis belli ſuſcipiendi locuti ſumus. Ergo ſi Princeps, cui ſubditus eſt injuriam paſſus, convenienter requiſitus nõ curet officii ſui partes interponere, tacitè quodamõdò ſignificans placere ſibi, ut inter ſe armis decernant, is quidem iam non amplius Princeps vocandus erit, ſed tyrannus; cuius pravitatis inter alia proprium eſt, ſubditis jus nõ reddere, in populo diſcordias alere, viros præſtantes deprimere, & qui ſunt elato animo de medio tollere, vel ut ſe invicem perdant, alte-

Liv. lib 1.
Dionyſ. l. 9.
Pro lege Manilia.
In Verrem. 7
Vbi ſupra.
Ariſt. Pol. 5. c. 10. & 11.

rum cum altero committere: quam ob cauſam, duellum eſſe in Italiam introductum ſupra dictum eſt. Ego verò injuriam paſſo, cuius honor, ut dixi, læſus non remanet, ſuaderem, ut pietatis, & magnitudinis animi cauſa quieſceret; neque inimici, qui intulit iniuriam, & Principis qui illam vindicare negligit, peccata, ſua facere vellet, cùm ultio ab iniuria non differat niſi ordine: quoniám ſcilicet ille prius, hic poſterius facit. Sed ſi omninò impotenti iniuriæ dolore ſtimulatus, aut laudis amore tumens, quieſcere nequeat; nulla eſt ratio, quamobrem duello ſit opus, in quo adhuc integer eius honos lædi, & una cum vita etiam, ſi turpiter vincatur, amitti poterit: ſed quamvis patefacta qualitate iniuriæ, ac per illam invulgata inimici tacitâ confeſſione, qui pudibundo illo modo offendens, ſe offenſo fortitudine imparem, offenſumqúe ipſum ſibi formidabilem eſſe agnovit; læto, inquam, animo quieſcere deberet: id tamen ſi facere nequeat (quemadmodum prudenter Mutius ait) quocunque modo de iniurioſo inimico vindictam ſumens, tanquam iuſtè faciens, poſt factum defendi poſſet. Mihi verò, ſi peccandum foret, laudabilior; & magis glorioſa ſuccurrit via, qua ſtrenuus ille offenſus, quantumvis honoris, laudis, & gloriæ appetentiſſimus, ſi verè, & non ſimulatè ſit fortis, gloria ſatiari poſſet: laudabilius quàm inter homines contingere poſſit, facinus edendo, ſcilicet à priva-

Sene. de ira lib. 3. 1.

Lib. 2. cap. 1.

privato inimico in iniuſtum illum principem, ſeu verius tyrannum iram convertendo. Quâ
78 de re quanquam alibi abundè diſſerui, tamẽ hic quoque ut oportuno loco, aliquot exempla repetam; non certè ut rem legitimam, ſive licitam eſſe probem, ſed ut minùs malam, quàm ſit duelli uſum tolerare, oſtendam. Quandoquidem occidere tyrannos ab omnibus ſemper ſapientibus laudatum, ſummæquè gloriæ adſcriptum; neque à ſacris theologis, ſi certa cum ratione fieret, improbatum fuit: quanquam Conſtantienſi Concilio non ſimpliciter quidem id improbatum, ſed tantummodò damnata eſt opinio, & aſſertio dicentium, tyrannum poſſe, & debere jure ac meritò à civibus occidi, ſive (ut vulgò loquimur) per quemcunque vaſſallum ſuum, vel ſubditum; etiam per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias, vel adulationes, non obſtante quocunque præſtito juramento, ſeu confœderatione factâ cum eo, non expectatâ ſententiâ, vel mandato iudicis cuiuſcunq;. Duelli autem uſus ab omnibus ſemper ſapientibus, & Theologis, ac legislatoribus fuit ſummoperè damnatus. Itaque cum occidere tyrannum non ſit per ſe malum, neque illicitum, niſi eo modo, quo reperitur prohibitum: cùm duellum ideò ſit illicitum, & prohibitum, quia per ſe malum; ſi omninò peccare iſtis videatur neceſſe, minus peccatum eſſet in eâ parte, quæ minùs damnatur, & plus laudis afferre poteſt. Sed rari hoc audent,

D. Thomas 2.2.q.42.ar. 2.& de regi. princ.l.2.c,6. Seſsione 15.

Ariſt. Pol. l. 5 cap. 10.

Ariſt. eo lib. cap. 2.

dent, quia carent ea fortitudine animi, quam venditant; & propterea reformidant periculum, quod propinquius apparet eſſe hic, quàm in duello: quòd ſi verè ſunt honoris, & fortitudinis cultores, conſiderent hæc exempla. Phi- 79
lippus Macedoniæ Rex Magni Alexandri pater, nuptias Cleopatræ filiæ, et Alexandri, quem ipſe fecerat Epiri Regem, celebrabat: dies erat pro magnitudine duorum regum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis apparatibus inſignis, ſed nec ludorum magnificentia deerat; ad quorum ſpectaculum Philippus cum ſine cuſtodibus corporis inter duos Alexandros, filium, generumqúe contenderet, Pauſanias nobilis ex Macedonibus adoleſcens nemini ſuſpectus, occupatum anguſtiis Philippum in tranſitu obtruncat, diemqúe lætitiæ deſtinatum, fœdum luctu funeris facit. Hic Pauſanias primis pubertatis annis ſtuprum per iniuriam paſſus ab Attalo fuerat, hanc rem ægrè ferens Pauſanias, querelam Philippo ſæpe detulerat: cum variis fruſtrationibus non ſine riſu differretur, & honoratum inſuper Ducatu adverſarium cerneret, iram in ipſum Philippum vertit, ultionemqúe, quam ab adverſario non poterat, ab iniquo iudice exegit.

Iuſtin. lib. 9.
Diod. lib. 16.

T. Quoque Tatius Sabinus, qui Romæ regnavit cum Romulo, cum eius propinqui Laurentûm legatos pulsâſſent, Laurentesqúe iure gentium agerent, & apud Tatium gratia ſuorum,

Liv. lib. 1.
Dionyſ. lib. 2.

rum,& preces plus poſſent, illorum pœnam in ſe vertit: nam Lavinii, cum ad ſolenne ſacrificium eò veniſſent, concurſu facto, interficitur. Patrum vero memoria Joannes Andreas Lamponianus, ſæpe deluſus à Galeatio Sfortia Duce Mediolani, dum ab eo peteret poſſeſſionem ſibi tribui Miramundanæ Abbatiæ, quam is à Romano Pontifice iuſto titulo acceperat, & Galeatius Brandæ Comenſi Epiſcopo, qui præter ius Abbatiam occupaverat, magis faveret; tribus ſibi adiunctis ſociis, auſus eſt iniquum principem, dum ſacris in divi Stephani æde intereſſet, aggredi, & interficere. Hoc autem ius, atque hunc morem iuſtiſſimus, idemqúe fortiſſimus Imperator Traianus, ſua ſententia confirmavit: is enim cum tribunatum militum Suræ traderet, Parazonium, quo pro dignitate cingendus erat, nudum ei porrexit; ac talem, inquit, enſem accipe, quem pro me ita demum ſtrinxeris, ſi iuſtè imperavero, quòd ſi perperam quicquam pro me fieri cognoveris, eo in perniciem meam utaris velim. Quòd ſi Princeps non quidem pravitate animi, ſed impotentia & debilitate impeditus, opem impartiri non poſſe affirmet, idqúe re ipſa verum eſſe comprobetur; permittunt leges, id quod antea dictum eſt, ut unuſquiſque quoquo fieri poſſit pacto ſibi ius dicat. Sed de his latiùs ibi diſſeruimus, ubi de cauſis, & modis opprimendi atque extinguendi tyrannos locuti ſumus.

Fulg. l. 1. c. 3. Egnatius l. 3. c. 4. & l. 9. cap. 3.

Dion. Nicæ. in eius vita.

Paul. C. ſtr. conſ. 35. prius quam iura fierent, Als. eſt. 399. l. 1.

Iam,

Iam ut puto, ex his quæ dicta ſunt, abundè probatum eſt, duellum honori tuendo, neque neceſſarium, neque idoneum eſſe, ſed contrà vitæ flagitioſæ, ac vituperabilis ſignum patefacere: nihil enim eius quod præſtare poſſe nonnullis videtur, conficit: dicam apertius, non eſt congruum medium, nec ut in re malâ, eſt ſufficiens, cum nõ probet rei, qua de agitur, veritatem, aut falſitatem, ſed ſolummodò hunc viciſſe, illum victum eſſe: nam ſæpe contingit eum ſuccumbere, qui cauſam habet iuſtiorem. Aliâ 81
quoque ratione mancum eſt quodammodo, & imperfectum, ſive inſufficiens remedium: nam cum legis & conſuetudinis proprium ſit, ut generatim, ac ſemper proſpiciat, & conſulat jis omnibus, quorum cauſa conſtituta eſt, utque ſit eius uſus perpetuus, in eo perſonarum, & cauſarum genere, quod in ſe comprehendit, immanis hæc duelli conſuetudo, introducta ad tuendum honorem virorum militarium, quibus (ut ipſi jactant) dedecori tribuitur, & adſcribitur, ſi propriæ iniuriæ ulciſcendæ causâ, magiſtratum adeant, aut ſi aliter quàm duelli viâ, & ratione honori ſuo conſulant, ſuæ opis egentes ſæpè deſtituit, nec locum habet, ut id efficiat, quod poſſe efficere iſtis videtur: quoniam ſæpe uſu evenit, ut eis iniuria fiat, vel crimẽ imponatur ab aliis, quos per duelli etiam leges provocare non licet, cuiuſmodi ſunt omnes, qui literarum, & ſcientiarum omnis generis ſtudia profiten-

Ariſt. Pol. l. 1. 2. & 3. l. iura. & l. de quibus. ff. de leg. de cõſtit. c. 1.

fitentur, omnes Chriſtiano ritu religioni addicti, & conſecrati, omnes opifices, pagani, ruſtici, omnes ignobiles, viles, & abiecti, omnes denique ſenes, pueri, & mulieres: fingamus animo, & cogitatione ab horum aliquo multis comitibus ſtipato, palàm vel per inſidias, vel alio quovis modo virum militarem pulſari, aut eius nomen falsò deferri de proditione, de maieſtate imminuta, de huiuſmodi aliis, addat etiam delator, ſe vnum fruſtra multis pollicitationibus in ſceleris miniſterium ſollicitatum, aut is militi, criminoſum aliquid obiicienti coràm dicat, eum mentiri, quid, obſecro, faciet miles, ſi propterea minuitur eius honos, quòd ita pulſatus ſit vel accuſatus, vel ita coràm mendacii crimine refutatus, nolitquè eam ignominiam ſerviliter, muliebriterve tolerare, præſertim ſi periculum impendet, ne credulus Princeps, aut magiſtratus eum, niſi ſe purget, in vitæ diſcrimen vocet? certè cùm duelli via non pateat, neceſſe eſt ut rem patienter ferat, & quieſcat, vel de inimico pœnas quoquo modo poſſit, extra duellum ſumat, vel (quamvis invitus faciat) magiſtratus opem imploret.

82 Nunc tempus videtur eſſe, ut propoſitis antea cõtradicentium argumentis, ordine reſpõdeam, tametſi reſponſiones ex his quæ dicta ſunt, colligi queunt. Primum argumentum, quod erat ex neceſſitate, iam fuit multis verbis cõfutatum, & ſimul oſtenſum fuit, illud falſum

eſſe,

eſſe, leges videlicet non proſpicere honori contumeliam, atque iniuriam paſſi; & illud, non licere viro militari illatæ ſibi iniuriæ querelam ad magiſtratum deferre: cum hoc nullus unquam probatus auctor aſſeruiſſe oſtendatur, & antiqui tàm Romani, quàm Græci, & aliarum bene inſtitutarum gentium duces, Imperatores, & milites fortiſſimi nunquàm id ſibi dedecori eſſe, ſed potiùs ſummæ laudi duxerint. Ex quo conſequitur etiam falſitas illius argumenti, quo dicebatur; neceſſarium eſſe duellum, ut tribuatur unicuique ſuum: demonſtratum eſt enim, non eſſe iudicem adeundum honoris cauſa recuperandi, qui non imminuitur, aut amittitur, niſi contumelia, vel iniuria coràm, & æquis conditionibus facta. Ad vitandam autẽ ignominiam, & infamiam, quæ à ſervili, ac meticuloſa toleratione proficiſci poteſt; nihil prohibet militem contumeliæ, vel iniuriæ acceptæ vindicationem petere à iudice, lege agendo cũ milite, non minus quàm cum ſacerdote, muliere, alióue quem ad duellum provocare non liceat. Quæ vero ab utilitate ſumpta erant argumenta, multa ſunt debiliora. Nam primum, quo ſignificatur, minus malum eſſe tolerare duellum, in quo duo tantum vitam periculo mortis obiiciunt, quam ſinere à conſanguineis ira ſerpente, totam civitatem ſeditionibus perturbari, ab omni ratione alienum, ac propè ridiculum eſt. Vt enim omittamus illud, quod igno-

rat

rat nemo, ſpecie videlicet graviſſimæ offenſionis vitandæ, ſive prætextu vitandi ſcandali non eſſe peccandum: niſi civitas ſine lege ac magiſtratu ſit, ad officium magiſtratus pertinet cives cohibere, ne ad rixas, & arma prorumpant. Sic igitur minus malum fruſtrà conſideratur, ubi utrunque malum commodè, ac juſtè caveri, aut ſedari, tolliúe poteſt: quanquam & ipſa argumenti cauſa falſa eſt, quoniam ſi militi (ut ante demonſtravimus) turpe non eſt acceptæ injuriæ vindicationem à magiſtratu petere; multo magis ceſſabit occaſio per argumentum objecta, ſi de controverſa injuria magiſtratus ſententia decernatur, quæ certam negotii naturam, & conditionem declarat, quàm ſi duello, in quo ſæpe juſtiorem habens cauſam vincitur, atque ita quæ prætexitur injuria, nihilominus incerta, remanet. Reliqua duo argumenta ab utilitate ducta, propterea quòd duellum cauſa ſit, quamobrem fides ſervetur, multiqúe ab injuriis inferendis cohibeantur, multo ſunt ſuperioribus ineptiora; & quia nemo ignorat leges, & magiſtratus ad hoc potiſſimùm eſſe inſtitutos, ut atrocium pœnarum comminatione, aliisqúe remediis à legislatoribus excogitatis ſervari fidem imperent, & inſolentes ab injuriis arceant, & quia duelli permiſſio, ſive licentia, contrarium ſæpe parit effectum: nemo enim, niſi fortaſſe puer ſit, aut fatuus, ignorat, multos ex Thraſonibus iſtis, præſertim quibus domi

L. æquiſſimũ ff. de uſuſr.

& judicium æquiparari: citatque text. de pace tenen. §. ſi miles. & Lombard. de homicidio liberorum hominum. l. recolimus: quibus tamen in locis ea comparatio, neque legitur, nec ullo modo ſignificatur. Joannes à Ligano, conatur id probare ab effectu, cùm inquit. Duellum eſt redactum ad inſtar judicii contentioſi, nam ſicut in judicio contentioſo ſunt actor, & reus, & judex, & inſtrumenta, per quæ fit veritatis declaratio, ut feratur ſentẽtia diffinitiva: ſic in duello actor, & reus, puta provocans, & provocatus, Iudex, & Inſtrumenta, ut pote arma, quibus ſe invicem percutiunt. Sed is hæc eſſe talia, videlicet provocantem, ut auctorem, provocatum ut reum, & aliquem eſſe judicem idoneum ſive competentem, et arma ut inſtrumenta, quæ potiſſimùm probanda erant, nullo modo probat. Simili vitio peccat Paris à Puteo, qui iſtam præclaram ſcientiam ſe tenere profeſſus, de duello ſcripſit, ſtilo & ordine ineptiſſimo. Duellum, ait, eſt experimẽtum veritatis, & de genere judiciali, inter milites, & armigeros, quia conſtat ex tribus perſonis, ſicut bellum iudiciale, ſc. ex perſona Principis, vel Domini qui indicit duellum, ex cauſa, ex perſona provocantis, & provocati, in quo iudicio provocator adſumit onus probandi, ſuam intentionem cum enſe, & iuratur de calumniâ, & fit præcedentibus indiciis contra provocatum, & extorquentur confeſſiones per pugnam, & qui ſuccumbit vel confite-

In ſuo tract. §. circa ſeptimam.

Lib. 1. cap. 9.

tur, condemnatur per ſententiã ipſius præſidentis duello; & non differt iudicium belli à iudicio iudicis ordinarii, niſi in probationibus: quia in duello fiũt probationes mediãte gladio de partiũ volũtate ſe contentantiũ probare cũ gladio. Sed de comparatione nihil probat: idem tamen eodem libro, Duellum, ait, eſt ſpecies probationis, nam ſi quis accuſatur, quòd occiderit aliquem, & dicat occidiſſe defendendo vitam ſuam; ſi aliter reus probare non poterit, probabit per duellum pugnando cum accuſatore, qui ſibi imponit crimẽ. Et paulò infra, imitatus Baldum dicit; pugnam comparari cum tormentis, quæ in quæſtionibus adhibentur, ideſt, pugnam æquiparari torturæ, quæ non debet fieri nullis indiciis præcedentibus, alioqui perditus; & deſperatus quilibet ſine cauſa, quod eſſet abſurdum, ad pugnam provocaret. Hós imitati alii Jureconſulti partim ſimpliciter dicunt, ſimile eſſe duellum iudicio, partim ſpeciem eſſe probationis, partim ſimile eſſe quæſtionibus, & tormentis. Quæ confuſio inde orta eſt, unde alios errores initio diximus manaviſſe, quia non diſtinxerunt ſingularis certaminis modos, & ſpecies. Nam id genus duelli, quod Longobardorum, 84 & Frederici legibus, aliorumqúe huiuſmodi introductum, inſtituto iudicio coram competenti iudice proponebatur, quanquam non erat vera probandi ratio: ſuccedebat tamen in locum probationis, & quæſtionis, ſive termentorum, quia

Bald. ubi ſu. in auth. de pace tenen.

quia ſecundũ ipſius pugnæ eventum ferebatur ſententia, iudicii verò ſimilitudinẽ nõ habebat: quoniam cùm eſſet loco probationis, quæ certa pars iudicii eſt, nõ poteſt dici ſimile iudicio, cum ſimile & comparatũ non ſit pars, ſed ſeparatum ab eo, cui comparatur. Hoc autem, de quo nunc agimus, arbitrarium duellum, neque iudicii, neque probationis habet ſimilitudindem, nec aliquis eſt, id qui probet, vel probare conatus fuerit, niſi imprudenti illa perſonarum enumeratione, quòd utrobique ſint tres, perſonæ, Judex, Actor, & Reus, necnon querela probanda, & modus probationis. Sed hoc pacto ludus etiam aleæ, pilę, duodecim ſcruporũ, & eiuſmodi rerum, aut cuiuſuis ſortis extra iudicium iactæ, atque illegitimæ eventus, ſi ad eam controverſiæ finiendæ cauſa recurratur, æque poſſet cum iudicio comparari; comparatio tamen erit ſemper inepta, aut certe id non efficiet, ut ludus, ſorsúe pro iudicio ſit, aut habeatur, quia in eam rem iudicii diffinitio non conveniet: cum non ſit actus legitimus coram competenti iudice ſervato iuris ordine factus: quæ ſingula ſi probavero duello non convenire, ſimul excluſus erit à duello iudicialis huius comparationis mendicatus favor, & remanebit, id quod eſt, nudum, ac deteſtabile peccatum. Duellum legitimus actus eſſe non poteſt, cum ſit lege expreſsè prohibitum, & hoc non habet in ſe difficultatem. Idoneus verò iudex, ſive competens, ex iis, qui ſunt

Doc. in. c. forus de verb. ſignif. & in rub. de iud.

in Italia locum duelli concedere ſoliti, nemo eſt, quia nemo ex iis eſt, qui non habeat ſuperiorem principem. Inferiores autem illi, quanvis amplas facultates, & privilegia, ſive quas vocant inveſtituras habeant à ſuperioribus, non poſſunt tamen exercere juriſdictionem circa ea, quæ ſunt jure probibita, & quæ ſupremus Princeps non eſſet nominatim, ſive ſpecialiter conceſſurus. Nec quicquam efficere poteſt conſenſus partium, quoniam notiſſimæ ſunt leges, quibus cavetur, & declaratur illicitum eſſe pactum, ut judex ſit meus, qui non eſt; & privatorum conſenſu eum, qui jurisdictionem non habeat, judicem fieri non poſſe. Tantùm verò abeſt, ut ipſis 86
inferioribus licere putem duellum admittere, ut ne ſupremis, quidem, nempe Imperatori, & Pontifici id facere ſine peccato arbitror licere: quod probo id repetens, quod ante ſæpiùs dixi, quia duellum eſt jure divino prohibitum; & contra jus divinum nec Imperator, neque Papa aliquid piè, vel licite ſtatuere poſſunt: præſertim cùm non ſubeſt cauſa, atq; eadem evidens, & magna, propter quam moveri, & induci debeant, quemadmodum (ne à ſingulari certamine recedamus) uſu venit, quando Martinus IV. Pont. Carolum, & Petrum Reges de Regno Siculo certantes, legibus ſolvens, ſtatuit, eis licere ferro inter ſe decernere Burdegalæ; quem locũ certaminis de more Rex Angliæ utriuſque conſanguineus illis conſtituerat, ut ſedato bello, & populo-

l. ſi convenerit. ff. de Jurisd. om. jud. l. 1. & l. 3. C. eo. tit.

Platina & omnes illorũ temporum Hiſtorici, & [illegible] l. 1. c. 9. & c. 16.

populorum calamitatibus finitis, ipſi potius pro
reliquis omnibus de re ſua inter ſe decertarent,
quod genus pugnæ ſupra inter legitima, & con-
ceſſa certamina poſitum eſt. quanquam Paris, et
eum alii quidam ſecuti, hoc Martini Papæ fa-
ctum alia, atque ineptâ ratione interpretantur.
Talis autem & tam evidens cauſa, quia in priva-
torum controverſiis, & quiete civili reperiri nō
poteſt; idcirco Papa, vel Imperator, quorū offi-
cium eſt privatorum controverſias ſecundùm
leges dirimere, ac ſedare, non poſſent ſine ma-
gno dedecore, & peccato, ad controverſias diri-
mendas poteſtatem duello certandi facere, ac
vulgo permittere: quod imprudenter ab Oth-
one Imp. factum eſſe, ſuprà eſt demonſtratum.
Itaque ſatis apparet, hac in re quoque perperam
locutos eſſe Paridem, & eius ſectatores, qui li-
cet eos, qui ſuperiores agnoſcunt, & maiori po-
teſtati parent, duelli judices idoneos, ſive com- *Lib.1.cap.17.*
petentes eſſe negent, ſupremos tamen princi-
pes, & eas civitates quæ ſuperiorem non agno-
ſcunt, & quæ belli indicendi jus habent, affir-
mant abſolutè poſſe ſuo jure, ſuoque arbitratu,
duellum quibuſuis privatis concedere, quod ex
his quæ nuperrimè dixi, falſum eſſe patet: nec
valet eorum argumentum à juſto bello ſumptū,
quia bellum juſtum indici, ac geri, divinæ etiam
leges permittunt: duellum verò, quod noſtrates
87 uſurpant, nuſquàm permittitur. Jure autem di-
vino prohiberi duellum, ſapientes, quorum au-

Digitized by Google

l. orat. ff. de ſponſal. l. cũ lex. ff. de fide iuſ. Exod. cap 20. Marc. 26 Matth. c. 4. & 22. q. 2. c. queritur.

ctoritatem ſequor, hoc modo colligunt, & concludunt. Cum aliquid jure prohibetur, id quoq; cenſetur eſſe prohibitum, per quod ad illud perveniri poteſt: at jure divino per præceptum illud, Non occides, prohibitum eſt homicidium, ad quod facile per duellum poteſt perveniri. Itẽ omnis actus eſt iure divino prohibitus, per quẽ Deus tentatur; tunc autem tentatur Deus, cùm tentat quis ad aliquid pervenire, quod effici aut produci non poteſt, niſi fiat per miraculum: per duellum autem quæritur, ut vincat non abſolutè fortior, quod eſt naturale: ſed juſtiorem cauſam habens, etiam ſi minùs fortis ſit, ſic igitur tentatur Deus, ut faciat miraculum contra naturæ ordinem.

Hoſti. & Io. And. c. 2. de cler. pugn. in duel.

Juris autem ordinem in duello non ſervari, ſatis probatur ex eo, quòd ordo juris eſſe nõ poteſt, ubi actus non eſt legitimus, neq; judex proprius, ſive competens. Veruntamen ut clarius §§ oſtendam id, quod ſæpius dixi, iſtos videlicet malo inſtrumento malè uti, per ſingulos actus id facere conſtitui. Juris ordo poſcit, ut auctor litem ſive civilem, ſive criminoſam illaturus, rei judicem adeat, & eiuſdem rei forum ſequatur. Hoc declarant verba illa Diocletiani, & Maximiani Impp. ad Alexandrum. Juris ordinem converti poſtulas, ut non actor forum rei, ſed reus actoris forum ſequatur. Duelli verò ſectatores peiorem etiam ordinis converſionem faciunt: volunt enim judicem eſſe non eum, qui

C. de Iuriſd. omn. iud.

ſit

ſit proprius actoris judex, ſed quicunq; ab actore, ideſt à provocante fuerit electus, atque ita ut reus neque ſuum, neque actoris, ſed quodcunq; actori placuerit, extraneum forum ſequi cogatur. Citari verò, & in jus vocari debet reus judicis decreto, vel mandato, ſed neque hoc à loci conſtituti domino, vel principe decernitur, neq; (ut nos loquimur) coram illo libellus offertur, ſeu qualiscunque petitio, neque fit litis conteſtatio; quæ ſunt omnia judiciorum propria, vel, ut ſic dicam, ex ordine judiciario ſubſtantialia: ſed provocans, & provocatus ultrò, citroque miſſis, ac potius, quod abſurdius eſt, affixis in triviis & plateis libellis, quas carthulas vocant, impetratis interim de more, ut minimum, à tribus principibus diverſorum locorum diplomatibus, ac fidei publicæ literis, quas patentes camporum literas vocant: ita ut ex tribus locis eligi unum oporteat à provocato, ſeſe mutuo citant, & vocant, diem certum proſtituentes ad decernendũ ferro de iniuria, ſive querela, forte quòd alter alterum quaſi litem conteſtando mentiri dixerit; ita ut ad diem dictam uter præſtò non fuerit, perpetua ignominiâ afficiatur, nullum interim preter illas patentes literas iudicis miniſterium, nullaque præſentia interponitur. Illud verò negari non poteſt, quin ſit contra ordinem iudiciorum, et contra rectam rationem, ac planẽ contra ſenſum communem: nam in iudiciis cum actor cauſam ſuam non probat, reus, ut jus ſcri-

L. qui cum maior. §. fi. de bo. liber. l. athl. §. calumniator. ff. de infam.

ptum,& naturalis ratio præſcribit,& dictat,ab-
ſolvi debet;hic verò ubi provocator,cui propo-
ſitum eſt nihil legitimè probare,tanquàm calu-
mniator, eſſet à iudice cum infamia repellēdus,
non ſolùm non repellitur,ſed eius arbitrio pro-
vocatus, cum eo certamen inire cogitur. Age
verò ipſum probandi modum, in quo multa in- 89
ſunt abſurda, videamus: primum enim ex his
quæ ſuprà dixi, ſatis liquere poteſt, duellum non
eſſe inter legitimarum probationum genera,
ſed potiùs (ut ſic dicam) inter diabolicas divi-
nationes, & inter impias ac ſuperſtitioſas DEI
omnipotentis tentandi rationes connumeran-
dum: * deindè cum in iudicio fides eſt facienda,
non adverſario, ſed eo præſente,vel citato,res
iudici probari debet :noſtri autem duello addi-
cti in ſuis chartulis, nullâ omnino iudicis mēti-
one factâ,alter alteri ſe rem probaturos propo-
nunt: quapropter auctor libri de honore,in ſuâ
illâ definitione illa verba poſuit,cùm alter alteri
vult probare.

** L. inter ſtipulan. §. 1. ff. de verb. obl. l. quinquaginta. ff. de prob. l. ſi quando. § ſed cum. C. de teſt.*

Illud verò omnium eſt abſurdiſſimum, quod 90
& rem ipſam ridiculam reddit, licere provoca-
to arma quæcunque velit,eligere, & iiſdem diù
ſe exercere, provocatorem vero cogi illis ipſis
de improviſo ſibi traditis, ſeu denunciatis de-
certare: rem autem abſurdam eſſe,meliùs pate-
bit, ſi videamus,quàm frivolis rationibus ea res
fuerit introducta.Huius immanitatis ratio ſem-
per adeò fuit incerta, ut ante Federici ſecundi
tem-

Digitized by Google

tempora ad provocatorem & arma eligere, & locum pugnæ ſtatuere pertineret, donec Federicus ipſe in Regno Neapolitano, legem condidit his verbis. Conſuetudinem pravam, & à tramite rationis cuiuslibet alienam, quæ in Regno noſtro, obtinuit hactenùs, funditùs extirpantes ſtatuimus, ut is, qui alii pugnam obtulerit, in iis caſibus, in quibus eſt pugnæ iudicium reſervatum, iuxta conditionem, & qualitatem ipſius pugnare debeat, quem convincere per oblatam pugnam intendit; non ut olim, ad electionem illius, qui ipſam pugnam obtulerit, fieri debere. Huic decreto rationes ſubiicit dicens, præmeditari nanque deberet primitùs accuſator, & ſecum perpensâ deliberatione penſare, quis, & qualis conditionis exiſtat is, cui pugnam intendit offerre, & reus, qui favorem à iure promeruit, & præter ſpem omnem ad pugnæ diſpendiũ advocatur, cùm ſe defendat ab alio provocatus, ſuæ defenſionis modum non debet amitttere. His demùm rationibus hoc ſubiicit quaſi corolarium: Quòd ſi miles fuerit is, qui pugnâ impetitur, & eques ſe voluerit defendere, adverſarius eius quanvis miles nõ ſit, eques ſimiliter ipſum impugnet. E contrario ſi pedes fuerit is qui ſe defendere nititur, licet is, qui pugnam obtulerit, fuerit miles, non ut miles, ſed ut quilibet alius pugil accuſatum impugnet: defendentis nãque debet eſſe electio, qualiter melius ſe defendere valeat ab alio impetitus. Hæc Federici lex

tum

eſſe, leges videlicet non proſpicere honori con tumeliam, atque iniuriam paſſi; & illud, non licere viro militari illatæ ſibi iniuriæ querelam ad magiſtratum deferre: cum hoc nullus unquam probatus auctor aſſeruiſſe oſtendatur, & antiqui tàm Romani, quàm Græci, & aliarum benè inſtitutarum gentium duces, Imperatores, & milites fortiſſimi nunquàm id ſibi dedecori eſſe, ſed potiùs ſummæ laudi duxerint. Ex quo conſequitur etiam falſitas illius argumenti, quo dicebatur; neceſſarium eſſe duellum, ut tribuatur unicuique ſuum: demonſtratum eſt enim, non eſſe iudicem adeundum honoris cauſa recuperandi, qui non imminuitur, aut amittitur, niſi contumelia, vel iniuria coràm, & æquis conditionibus facta. Ad vitandam autẽ ignominiam, & infamiam, quæ à ſervili, ac meticuloſa toleratione proficiſci poteſt; nihil prohibet militem contumeliæ, vel iniuriæ acceptæ vindicationem petere à iudice, lege agendo cũ milite, non minus quàm cum ſacerdote, muliere, alioúe quem ad duellum provocare non liceat. Quæ vero ab utilitate ſumpta erant argumenta, multa ſunt debiliora. Nam primum, quo ſignificatur, minus malum eſſe tolerare duellum, in quo duo tantum vitam periculo mortis obiiciunt, quam ſinere à conſanguineis ira ſerpente, totam civitatem ſeditionibus perturbari, ab omni ratione alienum, ac propè ridiculum eſt. Vt enim omittamus illud, quod igno-

rat

fat nemo, ſpecie videlicet graviſſimæ offenſionis vitandæ, ſive prætextu vitandi ſcandali non eſſe peccandum: niſi civitas ſine lege ac magiſtratu ſit, ad officium magiſtratus pertinet cives cohibere, ne ad rixas, & arma prorumpant. Sic igitur minus malum fruſtrà conſideratur, ubi utrunque malum commodè, ac juſtè caveri, aut ſedari, tolliúe poteſt: quanquam & ipſa argumenti cauſa falſa eſt, quoniam ſi militi (ut ante demonſtravimus) turpe non eſt acceptæ injuriæ vindicationem à magiſtratu petere; multo magis ceſſabit occaſio per argumentum objecta, ſi de controverſa injuria magiſtratus ſententia decernatur, quæ certam negotii naturam, & conditionem declarat, quàm ſi duello, in quo ſæpe juſtiorem habens cauſam vincitur, atque ita quæ prætexitur injuria, nihilominus incerta, remanet. Reliqua duo argumenta ab utilitate ducta, propterea quòd duellum cauſa ſit, quamobrem fides ſervetur, multiqúe ab injuriis inferendis cohibeantur, multo ſunt ſuperioribus ineptiora; & quia nemo ignorat leges, & magiſtratus ad hoc potiſſimùm eſſe inſtitutos, ut atrocium pœnarum comminatione, aliisqúe remediis à legislatoribus excogitatis ſervari fidem imperent, & inſolentes ab injuriis arceant, & quia duelli permiſſio, ſive licentia, contrarium ſæpe parit effectum: nemo enim, niſi fortaſſe puer ſit, aut fatuus, ignorat, multos ex Thraſonibus iſtis, præſertim quibus domi

L. æquiſſimũ ff. de uſuſr.

& judicium æquipararí: citatque text. de pace tenen. §. ſi miles. & Lombard. de homicidio liberorum hominum. l. recolimus: quibus tamen in locis ea comparatio, neque legitur, nec ullo modo ſignificatur. Joannes à Ligano, conatur id probare ab effectu, cùm inquit. Duellum eſt redactum ad inſtar judicii contentioſi, nam ſicut in judicio contentioſo ſunt actor, & reus, & judex, & inſtrumenta, per quæ fit veritatis declaratio, ut feratur ſentẽtia diffinitiva: ſic in duello actor, & reus, puta provocans, & provocatus, Iudex, & Inſtrumenta, ut pote arma, quibus ſe invicem percutiunt. Sed is hæc eſſe talia, videlicet provocantem, ut auctorem, provocatum ut reum, & aliquem eſſe judicem idoneum ſive competentem, et arma ut inſtrumenta, quæ potiſſimùm probanda erant, nullo modo probat. Simili vitio peccat Paris à Puteo, qui iſtam præclaram ſcientiam ſe tenere profeſſus, de duello ſcripſit, ſtilo & ordine ineptiſſimo. Duellum, ait, eſt experimẽtum veritatis, & de genere judiciali, inter milites, & armigeros, quia conſtat ex tribus perſonis, ſicut bellum iudiciale, ſc. ex perſona Principis, vel Domini qui indicit duellum, ex cauſa, ex perſona provocantis, & provocati, in quo iudicio provocator adſũmit onus probandi, ſuam intentionem cum enſe, & iuratur de calumniâ, & fit præcedentibus indiciis contra provocatum, & extorquentur confeſſiones per pugnam, & qui ſuccumbit vel confitetur,

In ſuo tract. §. circa ſeptimam.

Lib. 1. cap. 9.

Digitized by Google

tur, condemnatur per ſententiã ipſius præſidentis duello; & non differt iudicium belli à iudicio iudicis ordinarii, niſi in probationibus: quia in duello fiũt probationes mediãte gladio de partiũ volũtate ſe contentantiũ probare cũ gladio. Sed de comparatione nihil probat: idem tamen eodem libro, Duellum, ait, eſt ſpecies probationis, nam ſi quis accuſatur, quòd occiderit aliquem, & dicat occidiſſe defendendo vitam ſuam, ſi aliter reus probare non poterit, probabit per duellum pugnando cum accuſatore, qui ſibi imponit crimẽ. Et paulò infra, imitatus Baldum dicit; pugnam comparari cum tormentis, quæ in quæſtionibus adhibentur, ideſt, pugnam æquiparari torturæ, quæ non debet fieri nullis indiciis præcedentibus, alioqui perditus; & deſperatus quilibet ſine cauſa, quod eſſet abſurdum, ad pugnam provocaret. Hos imitati alii Jureconſulti partim ſimpliciter dicunt, ſimile eſſe duellum iudicio, partim ſpeciem eſſe probationis, partim ſimile eſſe quæſtionibus, & tormentis. Quæ confuſio inde orta eſt, unde alios errores initio diximus manaviſſe, quia non diſtinxerunt ſingularis certaminis modos, & ſpecies. Nam id genus duelli, quod Longobardorum, 84 & Frederici legibus, aliorumqúe huiuſmodi introductum, inſtituto iudicio coram competenti iudice proponebatur, quanquam non erat vera probandi ratio: ſuccedebat tamen in locum probationis, & quæſtionis, ſive termentorum, quia

Bald. ubi ſu. in auth. de pace tenen.

quia ſecundũ ipſius pugnæ eventum ferebatur ſententia, iudicii verò ſimilitudiné nõ habebat: quoniam cùm eſſet loco probationis, quæ certa pars iudicii eſt, nõ poteſt dici ſimile iudicio, cum ſimile & comparatũ non ſit pars, ſed ſeparatum ab eo, cui comparatur. Hoc autem, de quo nunc agimus, arbitrarium duellum, neque iudicii, neque probationis habet ſimilitudindem, nec aliquis eſt, id qui probet, vel probare conatus fuerit, niſi imprudenti illa perſonarum enumeratione, quòd utrobique ſint tres, perſonæ, Judex, Actor, & Reus, necnon querela probanda, & modus probationis. Sed hoc pacto ludus etiam aleæ, pilę, duodecim ſcruporũ, & eiuſmodi rerum, aut cuiuſuis ſortis extra iudicium iactæ, atque illegitimæ eventus, ſi ad eam controverſiæ finiendæ cauſa recurratur, æque poſſet cum iudicio comparari; comparatio tamen erit ſemper inepta, aut certe id non efficiet, ut ludus, ſorsúe pro iudicio ſit, aut habeatur, quia in eam rem iudicii diffinitio non conveniet: cum non ſit actus legitimus coram competenti iudice ſervato iuris ordine factus: quæ ſingula ſi probavero duello non convenire, ſimul excluſus erit à duello iudicialis huius comparationis mendicatus favor, & remanebit, id quod eſt, nudum, ac deteſtabile peccatum. Duellum legitimus actus eſſe non poteſt, cum ſit lege expreſsè prohibitum, & hoc non habet in ſe difficultatem. Idoneus verò iudex, ſive competens, ex iis, qui ſunt

Doc. in. c. forus de verb. ſignif. & in rub. de iud.

in Italia locum duelli concedere ſoliti, nemo eſt, quia nemo ex iis eſt, qui non habeat ſuperiorem principem. Inferiores autem illi, quanvis amplas facultates, & privilegia, ſive quas vocant inveſtituras habeant à ſuperioribus, non poſſunt tamen exercere juriſdictionem circa ea, quæ ſunt jure probibita, & quæ ſupremus Princeps non eſſet nominatim, ſive ſpecialiter conceſſurus. Nec quicquam efficere poteſt conſenſus partium, quoniam notiſſimæ ſunt leges, quibus cavetur, & declaratur illicitum eſſe pactum, ut judex ſit meus, qui non eſt; & privatorum conſenſu eum, qui jurisdictionem non habeat, judicem fieri non poſſe. Tantùm verò abeſt, ut ipſis 86
inferioribus licere putem duellum admittere, ut ne ſupremis, quidem, nempe Imperatori, & Pontifici id facere ſine peccato arbitror licere: quod probo id repetens, quod ante ſæpiùs dixi, quia duellum eſt jure divino prohibitum; & contra jus divinum nec Imperator, neque Papa aliquid piè, vel licite ſtatuere poſſunt: præſertim cùm non ſubeſt cauſa, atq; eadem evidens, & magna, propter quam moveri, & induci debeant, quemadmodum (ne à ſingulari certamine recedamus) uſu venit, quando Martinus IV. Pont. Carolum, & Petrum Reges de Regno Siculo certantes, legibus ſolvens, ſtatuit, eis licere ferro inter ſe decernere Burdegalæ; quem locú certamins de more Rex Angliæ utriuſque conſanguineus illis conſtituerat, ut ſedato bello, & populo-

I. ſi convenerit. ff. de Iurisd. om. iud. l. I. & l. 3. C. eo. tit.

Platina & omnes illorũ temporum Hiſtorici, & Paris l.1.c.9. & c.16.

populorum calamitatibus finitis, ipſi potius pro reliquis omnibus de re ſua inter ſe decertarent, quod genus pugnæ ſupra inter legitima, & conceſſa certamina poſitum eſt: quanquam Paris, et eum alii quidam ſecuti, hoc Martini Papæ factum alia, atque inepta ratione interpretantur. Talis autem & tam evidens cauſa, quia in privatorum controverſiis, & quiete civili reperiri nō poteſt; idcirco Papa, vel Imperator, quorū officium eſt privatorum controverſias ſecundùm leges dirimere, ac ſedare, non poſſent ſine magno dedecore, & peccato, ad controverſias dirimendas poteſtatem duello certandi facere, ac vulgo permittere: quod imprudenter ab Othone Imp. factum eſſe, ſuprà eſt demonſtratum. Itaque ſatis apparet, hac in re quoque perperam locutos eſſe Paridem, & eius ſectatores, qui licet eos, qui ſuperiores agnoſcunt, & maiori poteſtati parent, duelli judices idoneos, ſive competentes eſſe negent, ſupremos tamen princi- *Lib.1. cap.17.* pes, & eas civitates quæ ſuperiorem non agnoſcunt, & quæ belli indicendi jus habent, affirmant abſolutè poſſe ſuo jure, ſuoque arbitratu, duellum quibuſuis privatis concedere, quod ex his quæ nuperrimè dixi, falſum eſſe patet: nec valet eorum argumentum à juſto bello ſumptū, quia bellum juſtum indici, ac geri, divinæ etiam leges permittunt: duellum verò, quod noſtrates
87 uſurpant, nuſquàm permittitur. Jure autem divino prohiberi duellum, ſapientes, quorum au-

l. orat. ff. de ſponſal. l. cũ lex. ff. de fide iuſ. Exod. cap 20. Marc. 26 Matth. c. 4. & 22. q. 2. c. quæritur.

ctoritatem ſequor, hoc modo colligunt, & concludunt. Cum aliquid jure prohibetur, id quoq; cenſetur eſſe prohibitum, per quod ad illud perveniri poteſt: at jure divino per præceptum illud, Non occides, prohibitum eſt homicidium, ad quod facile per duellum poteſt perveniri. Itẽ omnis actus eſt iure divino prohibitus, per quẽ Deus tentatur; tunc autem tentatur Deus, cùm tentat quis ad aliquid pervenire, quod effici aut produci non poteſt, niſi fiat per miraculum: per duellum autem quæritur, ut vincat non abſolutè fortior, quod eſt naturale: ſed juſtiorem cauſam habens, etiam ſi minùs fortis ſit, ſic igitur tentatur Deus, ut faciat miraculum contra naturæ ordinem.

Hoſti. & Io. And. c. 2. de cler. pugn. in duel.

Juris autem ordinem in duello non ſervari, ſatis probatur ex eo, quòd ordo juris eſſe nõ poteſt, ubi actus non eſt legitimus, neq; judex proprius, ſive competens. Veruntamen ut clarius § oſtendam id, quod ſæpius dixi, iſtos videlicet malo inſtrumento malè uti, per ſingulos actus id facere conſtitui. Juris ordo poſcit, ut auctor litem ſive civilem, ſive criminoſam illaturus, rei judicem adeat, & eiuſdem rei forum ſequatur. Hoc declarant verba illa Diocletiani, & Maximiani Impp. ad Alexandrum. Juris ordinem converti poſtulas, ut non actor forum rei, ſed reus actoris forum ſequatur. Duelli verò ſectatores peiorem etiam ordinis converſionem faciunt: volunt enim judicem eſſe non eum, qui

C. de Iuriſd. omn. iud.

ſit

ſit proprius actoris judex, ſed quicunq; ab actore, ideſt à provocante fuerit electus, atque ita ut reus neque ſuum, neque actoris, ſed quodcunq; actori placuerit, extraneum forum ſequi cogatur. Citari verò, & in jus vocari debet reus judicis decreto, vel mandato, ſed neque hoc à loci conſtituti domino, vel principe decernitur, neq; (ut nos loquimur) coram illo libellus offertur, ſeu qualiſcunque petitio, neque fit litis conteſtatio; quæ ſunt omnia judiciorum propria, vel, ut ſic dicam, ex ordine judiciario ſubſtantialia: ſed provocans, & provocatus ultrò, citroque miſſis, ac potius, quod abſurdius eſt, affixis in triviis & plateis libellis, quas carthulas vocant, impetratis interim de more, ut minimum, à tribus principibus diverſorum locorum diplomatibus, ac fidei publicæ literis, quas patentes camporum literas vocant: ita ut ex tribus locis eligi unum oporteat à provocato, ſeſe mutuo citant, & vocant, diem certum proſtituentes ad decernendũ ferro de iniuria, ſive querela, forte quòd alter alterum quaſi litem conteſtando mentiri dixerit; ita ut ad diem dictam uter præſtò non fuerit, perpetua ignominiâ afficiatur, nullum interim preter illas patentes literas iudicis miniſterium, nullaque præſentia interponitur. Illud verò negari non poteſt, quin ſit contra ordinem iudiciorum, et contra rectam rationem, ac planè contra ſenſum communem: nam in iudiciis cum actor cauſam ſuam non probat, reus, ut jus ſcri-

tempora ad provocatorem & arma eligere, & locum pugnæ ſtatuere pertineret, donec Federicus ipſe in Regno Neapolitano, legem condidit his verbis. Conſuetudinem pravam, & à tramite rationis cuiuslibet alienam, quæ in Regno noſtro, obtinuit hactenùs, funditùs extirpantes ſtatuimus, ut is, qui alii pugnam obtulerit, in iis caſibus, in quibus eſt pugnæ iudicium reſervatum, iuxta conditionem, & qualitatem ipſius pugnare debeat, quem convincere per oblatam pugnam intendit; non ut olim, ad electionem illius, qui ipſam pugnam obtulerit, fieri debere. Huic decreto rationes ſubiicit dicens, præmeditari nanque deberet primitùs accuſator, & ſecum perpensâ deliberatione penſare, quis, & qualis conditionis exiſtat is, cui pugnam intendit offerre, & reus, qui favorem à iure promeruit, & præter ſpem omnem ad pugnæ diſpendiũ advocatur, cùm ſe defendat ab alio provocatus, ſuæ defenſionis modum non debet amitttere. His demùm rationibus hoc ſubiicit quaſi corolarium: Quòd ſi miles fuerit is, qui pugnâ impetitur, & eques ſe voluerit defendere, adverſarius eius quanvis miles nõ ſit, eques ſimiliter ipſum impugnet. E contrario ſi pedes fuerit is qui ſe defendere nititur, licet is, qui pugnam obtulerit, fuerit miles, non ut miles, ſed ut quilibet alius pugil accuſatum impugnet: defendentis nãque debet eſſe electio, qualiter melius ſe defendere valeat ab alio impetitus. Hæc Federici lex

tum

tum quia univerſalis non eſt, ſed uni Regno Neapolitano cavet, ac proſpicit, eius finib. circunſcripta; tum quia iudicialis tantum duelli cauſa conſtituta eſt, illius inquã, quod ab eodem Frederico ad quatuor modos ſive cauſas contractum eſſe diximus: in cauſa huius duelli, quod à nullo iudicio profectum à noſtratibus temerè uſurpatur, nullam poteſt vim legis obtinere; quanquam etiam ſi concedamus eam vim legis univerſalis habere, tamen cum duelli uſu, vel potius abuſu, in quẽ ſcriptis, & verbis invehimur, neque facit, neq; idem ſentit, non enim loquitur de omni armorum genere, ita ut deſcendat ad incertas quaſdam, & inuſitatas armorum ſpecies, quæ ad fallendum, et fruſtrandum novo quodam artificio excogitantur, ita ut adverſarium non præmeditatum magis onerent, & impediant, quàm inſtruant, & iuvent. Sed de certo, & uſitato genere, quod alterutris conveniat: nam ſi eques peditem provocet; pediti lex poteſtatem facit eligendi utra pugna, pedeſtri, an equeſtri, decertandum ſit: ut eques intelligat, ſi pedes ita ſtatuat, armis pediti congruentibus & convenientibus rem gerendam eſſe: eodem modo ſi pedes equitem provocet, eius arbitrium ſequi debet, ut ſciat armis equeſtribus, & equeſtri apparatu, ſi eques ita iuſſerit, pugnandum eſſe. Huius igitur legis verba, iſtis duello addictis anſam non dant eligendi quævis arma, quorum pleraque ſunt inſolita, inuſitata,

ac

ac ferè prodigioſa, ſed tantummodò eligendi principio quidem conditionem, deinceps verò arma, non quælibet, ſed legitima, ideſt convenientia dignitati ſive conditioni perſonæ, quā vel ipſe, vel adverſarius gerit. Itaque ſolum id reſtat ut videamus, an propter idem genus, ſimilitudinemúe rationū, quas adhibet Fredericus, hic uſus eligendi arma quævis, & qualiacunque defendi poſſit. Rationes, ut dictum eſt, afferuntur duæ, quarum neutra id ſuadet: nam prior, cum admoneat provocantem, ut priùs cogitet, quæ nam ſit vis, & dignitas eius, quem provocare velit, nihil aliud afferre, & confirmare videtur, quam id, quod lex ſtatuit, pugnandum videlicet eſſe pedeſtri, vel equeſtri pugna ipſius arbitrio provocati. Altera eſt ratio (qua Paris, et alii Jureconſulti, & eos imitati vulgares iſti, qui de duello ſcripſerunt, potiſſimùm nitūtur, ita æquum eſſe prædicantes) quoniam ſcilicet cauſa rei, qui præter ſpem, & expectationem invitus in dimicationem vitæ compellitur, favore dignior, & commendatior eſſe debet, alioquin eſſet provocanti facile, præparatis dolis illū in inſidias tradere. Hanc rationem etiam juris Romani conſuetudine probabilem eſſe confirmant: nam, inquiunt, & actor ipſe, cum de re aliqua cum alio vult experiri, & alicui actionem intendere, & locum, & judicem eligit, contra vero reus arbitratu ſuo, ut excludatur actio, exceptiones adhibet, quæ prius ſunt dijudican-

candæ; addunt nonnulli reum eò digniorem favore eſſe, quòd reus, cum accuſator eũ cuiuſſuis ſceleris arguat, communi exiſtimatione accuſatore præſtat, cùm uniuſquiſque bonus eſſe exiſtimetur: atque ex his id colligunt, & efficiunt, ut meritò provocans, armis à provocato electis pugnare cogatur, ne alioquin ulla impar ratio ſit inter eos. Quæ omnia ſunt falſa non minùs quàm abſurda. Nam neque actor eam habet facultatem, ut pro jure ſuo locum, & judicem eligere, ſed tantummodò ut ad ſuum, id eſt, competentem judicem adire poſſit, aut etiam unũ ex pluribus eligere, ſi plures habeat judices ſuos, & cõpetentes, neq; reus poteſt ſuo libero arbitrio, quaſcunq; velit exceptiones, judici probare, niſi rectè, et ordine illas oppoſuerit, ut idoneæ, legitimæque videantur. Bona verò exiſtimatio fruſtrâ hîc conſideratur, cùm iſti concedãt neceſſarium eſſe iniuriæ, cuius intenditur actio, aliqua indicia reperiri, & afferri, per quæ certiſſimum eſt illam communem bonam exiſtimationem, quam dicimus bonitatis præſumptionem, tolli, & everti: quam ob rem ubi res iure, & ſecundum leges agitur, niſi data indicia rectè atq; legitimè diluat, ac purget reus, quæſtiones, & tormenta cogitur ſubire.

Jam ſatis (ni fallor) oſtenſum eſt, neq; verbis, neq; ſententiâ legis, quam Federicus conſtituit, neq; rationibus, quas Jureconſulti afferunt, defendi poſſe, arma quæcunque eligere libitum ei

fuerit,

fuerit, rectè, ac iure eligi à provocato, cùm ei poteſtas ſoluto ſit alterutrum genus armorum eligendi pro dignitate, uſuq́; militiæ, vel pedeſtre, vel equeſtre: ea verò electionis poteſtate facta, & optione declarata, nemo niſi planè communis ſenſu carens, diceret, cogendum eſſe provocatorem aliis, quàm quibus communiter alterutrius ordinis milites utũtur, armis pugnare. Hoc autem quod à me dicitur, ut magis, & iſtorum, qui ad inſaniã uſq; ſeſe duello addixerunt, pervicacia, & iſtius novi ordinis equeſtris, quẽ rectè pro dignitate rei, odioſa barbarie Cavallereſcum nominant, vanitas refutetur, & coarguatur, infinitis antiquorum exemplis, ac teſtimoniis cõprobatur. Nam ut omittamus ea, quæ vel ex pacto, vel caſu inter hoſtes fieri diximus certamina, in quibus iis armis certabatur, quæ caſus unicuique paraverat, vel quæ pacto inter eos convenerant: in eo certamine quod ex provocatione inibant, id ſolùm animadvertebatur, ut pedes cum pedite, eques cum equite concurreret. Cæterùm arma unumquenq; ſuo modo geſtaviſſe, modo eſſẽt eius generis militib. ipſiſq́; pugnatoribus cõſueta, facilè colligi poteſt ex omnibus antea citatis exemplis, ac potiſſimũ T. *Liv. lib. 7.* Manlii, Ro. & Dioxippi Athen. Ille enim Gallo, eximia corporis magnitudine, ac prælongũ en- *Gell. l. 9. c. 13* ſem, vel potiùs (ut ſcripſit Quadrigarius) duos enſes geſtante, mediocri ipſe vir ſtatura cõgreſſurus, utroq; inſpectante exercitu, nõ ſimili, ſed Hiſpano, nempe breviori ad propiorem pugnã habili

BIBLIOTECA
D

Digitized by Google

Digitized by Google

R. SALVAREZZA
LEGATORIA
Via A. Cervi n. 5
Tel. 88.57.67

Digitized by Google

Digitized by Google